

I X M

SATISE

FIDES

MOISE

1558

JUSTITIA



Sammelband

Copy 192.

F O R M V,
 LAE ET INTERROGA
 tiunculę Pueriles Ioannis Agri
 colę Islebii, CCCXXXI Ger
 manice olim scriptę, Nunc latine
 uerse & ab ipso Autore, recog
 nite atq; auctę.

THRENORVM III.
*Bonum est Viro, portare iugum domi
 ni ab adolescentia.*

Impressu Berlini per Ioannem VVeiss
 ANNO M. D. XLI.

g.K.2.3699

F O R M V
I A E P L I N T H R O G A
P u n c t u s P a r t i c u l a r i s P a r t i c u l a r i s
C o l l e c t i o n e C C C X X X I I I
P a r t i c u l a r i s P a r t i c u l a r i s
u e r t e & p o s t o P a r t i c u l a r i s
a n t e p a r t i c u l a r i s

T R I B U N A L I I I
P a r t i c u l a r i s P a r t i c u l a r i s
P a r t i c u l a r i s

[Fragestücke Lat.]

P a r t i c u l a r i s P a r t i c u l a r i s
A N N O M D C C L I



IOANNES AGRICOLA ISLEBENSIS
ECCLÉSIAE ISLEBIANAE.
S. D.

PAVLVS APOSTOLVS AP-
pellat Titum, filium suum germanum, genuinum & ὕψιστον, & iubet eum de certo sermone confirmare, vt qui credant deo solliciti sint bonis operib. præcellere. Hæc enim bona sunt hominibus & vtilia, Nihil obscure significans hanc methodum vt Apostolicam, dignam esse, quæ magna fide atq; religione retineatur in Ecclesia Christi, vt homines doceantur Primum de fide in Deum, Deinde de sollicitudine illa erga bona opera, in quibus non tantum decet renatos viuere sed etiam præcellere, Qui credunt Deo inquit sine solliciti bonis operib. præcellere, Fidei doctrina sicut est τύπος siue forma in quam traducuntur quicumq; a peccato liberantur Roma. VI. ad quam doctrinam tanq; ad certum scopum referri debent reliquæ doctrinæ, quæ sunt in mundo, Ita complectitur Poenitentiam

A η centiam

PRAEFATIO.

tentiam & Remissionem peccatorum,
quod vtruncq; per verbum Dei effici-
tur hoc modo.

Spiritus sanctus, arguit mundum
de peccato. Arguit ελεγχει, Con-
vincit mundum, ita vt cogatur fateri
se reum esse peccati & impegisse in fis-
lium Dei, quem natura ignorat pro se
mortuum esse, vt tolleret Chirogra-
phum situm in decretis, hoc est, lege
confirmatum. Proinde admonita intel-
ligit se ream vtriusq; tabulae manda-
rum Dei. Agnoscit se neq; Deum, vt
Deum, hactenus coluisse, nō inuocasse
eius nomen, non obedisse Deo in om-
nibus vitæ actionib. sed sua Consilia
sequutam. Existimasse quod per sese
potuerit suis satisfactionibus & iusticia
carnis placare sibi Deum. Hoc enim
modo perterrefiunt per verbum Dei
per doctrinam seu poenitentiae seu legis
hominum conscientiae, quæ antehac
erant ignorāres suæ imbecillitatis, Atq;
ibi sentiuntur horribiles terrores, veri
& ferij dolores, Ad quos nisi addita
fuerit doctrina fidei, quæ afferat consola-
tionem, qua erigatur in illis paues

120

PRÆFATIO.

ribus oppressa cōscientia, & sua indignitate & iuditio siue ira Dei, actum est de eius salute. Itaq; opus est vt credant promissioni per Christum factę. Venite ad me omnes, qui onerati estis, quoniam ego reficiam vos &c. Hęc fides erigens & consolans corda accipit remissionem peccatorum, iustificat & vivificat, Estq; illa cōsolatio, nova & spiritalis vita, Et quia Iesu Christo tribuit scriptura fiduciam & invocacionem tanq; Deo, Ideo docenda est Ecclesia quod ea fiducia iustificet & efficiat vere beatos, hoc est impetret & consequatur remissionem peccatorum atq; vitam æternam.

Præterea ea doctrina accomodata ad certamen & verum agonem conscientię habet ingentem consolationem. Debent enim corda nostra certo statuere propter veritatem Dei promittentis, sola fiducia misericordię iustificari hominem, & recipi in gratiam propter Christum, siue digni, siue indigni fuerimus. Ideoq; non sunt audiendi. Principio qui iubent nos dubitare de bona voluntate Dei, Deinde qui post bapuf-

A iij mum

PRAEFATIO

num sepeliunt Christum, adimentes ei
gloriam mediatoris, statuentes interim,
suam dignitatem, obseruationem ex-
ternam legis & suas satisfactiones me-
teri vitam æternam. Postremo cum di-
cit Psal. ij. Beati omnes qui confidunt
in eo, Vocabulum fiduciaꝝ excludit om-
nia quæ sunt in viribus humanis aut
in nostra dignitate, Et hæc fiducia vincit
peccatum, mortem & omnia mala.

Et ne quis desideret Exemplum ver-
rorum spiritualium certaminum, veri
agonis conscientiaꝝ, exponemus aliquos
versiculos Psal. xliij. & xliij. qui adum-
brant illustre exemplū spiritualis erus-
ditionis, id quod titulus Psal. xliij. præ-
ferre videtur, Primum itaq; omnium
reuera sentiunt sancti conspecta sua in-
dignitate, conspecto iudicio Dei acere-
bissimos dolores, Ideoq; clamant, Si-
cut Ceruus desiderat ad fontes aquarū,
ita desiderat anima mea ad te Deus.
Dū dicitur mihi cotidie. Vbi est Deus
tuus? In cordib. enim audiuntur hæc
contiones, Quid tibi vis? Non nouit te
porro Deus, Nouerat quidem te pri-
usq; fidem datam toties fefellerat, Quo-
ties san

PRAEFATIO.

Deus sancte promisisti. Si semel atque iterum tui misereretur, te effecturum esse, vobis grato ac memori beneficium dedisse videri possit. Nunc igitur quid putas de te futurum? Nunquid meruisti iram & crucem? An ignoras iustum esse Deum, qui odit iniquitatem, Bis quod pulchrum, Vna turpitudine plus satis habet dedecoris. Abi itaque, tu ornatus eris ex tuis virtutibus. Deum poenitet atque pudet tui, ut quid tam male consulisti atque prospexisti rebus tuis, Si hoc & hoc fecisses, id quod facillime potuisses, modo voluisses, Si hoc & illud omisisses atque cauisses, quod fuisset in proclui tibi, tum minime haberent te haec mala. Iam a Deo consilium expectas cum tua culpa sit maxima. Mereretur quidem tua ista stultitia veniam, Sed fit furor saepe laesa patientia, Erras si putas Deum se macerare & sollicitare tua amentia, Erras & ignoras Deum, cum credis tibi ista viuo illo licere, Iam clamas te esse miserum, & cupis te exaudiri. Ais te desiderare conspectum Dei & sitire eius gratiam non secus atque ceruus aquas, Sed frustra, Quid enim voluisti tibi. Ut quid tam iners, tam

A iij

nullius

PRÆFATIO.

Nullius consilij fuisti, nunc precium ob-
stulticiam ferēs.

Hæ inq̄ contiones cum surgunt &
excitantur in corde per legem mem-
brorum, per iudicium rationis, per sen-
tentiam legis, quæ tantum spectat pœ-
nam peccato meritam, tunc computat
mens his onerib. præ grauata sollicitis
articulis, quæ fuerint causę omnium
consiliorum & actionum, quas a prima
pueritia secuti sumus & gessimus ad
maliciam, Et confert ante actæ vitæ ge-
nus cum hoc malo, quo, in præsentia
premitur. Hinc nascitur impatientia
aduersus Deum, Nam lex operatur
iram, cuius voluntatē dedignatur obes-
dienter ferre natura, vt interim taceam
quantopere exoptet se mori. Et eructat
postremo meras blasphemias, propter
rei indignitatem atq̄ moram, nempe,
quam rem agit mecum Deus? Vt quid
non passus est me recens natum mori,
Cum hoc ageret, vt tot calamitatibus
& tristib. casibus me seruaret? Omitto
reliqua.

Hic deserunt hominem somnus,
Amor cibi & potus, Adeo vt, cum vi-
derit

PRAEFATIO.

derit alios letari, ipse mirum in modum perturbatur, affirmans, alijs omnib. bene esse, Sibi soli male & se vnum esse, Cui omnes bonæ foelicitates aduersæ sint. Ad summam, Omneis Creaturæ terrent eum, & videntur ei cum Deo contra se stare.

Verum contra hæc omnia debet se mens fortiter attolere, & certo statuere Beatos esse omnes qui confidant in eo, hoc est, Deum non imputare nobis indignitatem nostram, propter fiduciam in Christum. Deinde donare etiam spiritum sanctum, remissionem peccatorum, & vitam æternam. Tertio loco immittere in corda nostra novos motus spirituales, vt durare atq; consistere possimus in omnib. afflictionib. Præterea quib. vincamus peccatum, mortem & ipsas deniq; inferorum portas. Atq; hoc illud est, quod ter hic repetitur, Vt quid tristis es anima mea, quare conturbas me? Spera in Deo quoniam paulo post confitebor illi, eo quod cum vultu suo aderit mihi, & quia est Deus meus. Nam hi sunt noui illi motus spirituales, quos per verbum

A v suppedi

PR AEFATIO

Suppeditat spiritus sanctus propter e-
dem in Christum, quibus motib. reuo-
catur caro ad obediendum voluntati
Dei, & iubetur bene sperare, quia paulo
post futurum sit, ut omnia commutentur
in melius, Hoc modo.

Quid conturbas me o mea anima?
Quid tristis es? Sic non tolluntur sed
conduplicantur mala, Imo fac audeas
Deo credere tua consilia omnia, Quia
pater est, quia reconciliatus est nobis
propter Christum, & vult vt postha-
bitis omnium sensuum meorū instru-
mentis, nihil queram, nihil intelligam
praeter hoc vnum, vt per verbum eius
commonefactus statuam me sola fidus-
cia misericordiae iustificandum esse. Et
esto sane, quod propter meam indigni-
tatem me a Deo abijci oportuerit, ta-
men sensus bonitatis eius, qui elucet in
vulnerib. filij sui Domini mei Iesu
Christi, confirmat me, fore quod non
sit imputaturus mihi, sed condonaturus
hanc meam indignitatem, Hoc voluit
me scire, in hac scientia mea acquiescam,
Proinde mea anima, Sequere
meum Exemplum, confidito, statim erit
finis

PRAEFATIO

Genis horum malorum, Dixit enim qui
mentiri nescit, Beati omnes qui confie-
dunt in ipso. Hinc erit nobis certa con-
solatio. Nam is cui dixit Pater, Filius
meus es tu, Ego hodie genui te, Est rex
noster, fiducia nostra, vita nostra, liber-
ratio & salus nostra.

Hoc est verbum fidei, quod ait se
docere Paulus Roma. X. quod est pro-
pe in ore & corde nostro. Adeo quod
quicumque corde crediderit & ore cōfes-
sus fuerit, quia Iesus est Christus filius
Dei, saluus futurus sit, Hæc est prima
pars methodi & doctrinæ Christianæ.
Nunc reliquum est, ut & de sollicitudi-
ne erga bona opera differamus.

Ratio doctrinæ legis vel operum,
debet esse eiusmodi, ut doceatur Eccle-
sia operum exercitia non excludi per
doctrinam fidei, sed tantum meritum
operum ad iusticiam. Nihil enim est in
operib. quod remissione peccatorum
& vita æterna dignum ducat Deus,
etiamsi opera habeant sua etiam præ-
mia. Adeo ut qui fideliter ministraue-
rint bonum gradum sibi acquirant, &
mercedem

PRAEFATIO.

multam fiduciã in fide, quę est in Christo Iesu. Proinde absolutiss. depinxit operum gloriam ipse Christus, Cum ait, Alterum est simile huic, Diliges proximum sicut te ipsum. Iam satis liquet, Dilectionem nostri, natura nobis insitam esse. Eam inclinationem naturalem debemus sequi in diligendo proximo. Nemo carnem suam odio habuit, Omnes quotquot sumus, sedulo curamus, ne vel egeamus vel algeamus, repurgamus corpus a sordib. eluimus maculas si quas habet, Omnia membra sunt in officio, ne quid desit bonę valetudini, atq; tum maxime cum damnum acceperit aut malum natura nostra, corpus nostrum, sedamus famem cibo, magno labore sæpe parto, leuamus sitim potu, refrigeramus corpus cum calet, Calefacimus corpus cum refrixerit, ornamus, tegimus, ne nudum conspiciatur, Collocamus deniq; corpus in lectum, vt somno tanq; dulciss. vitę humanę pabulo reficiatur. Atq; in hac diligentia, cura, sollicitudine atq; vigilantia nemo mortalium cogitat sibi placere Deum aut promereri vitam æternam. Idem facies in tutanda fama vitare, Consis

PRÆFATIO

re, Consilijs atq; actionib. proximi, Diliges proximum sicut teipsum. Teipsum diligis sine respectu ullius præmij a Deo, vt quid igitur in diligēdo proximo, meritum aut præmium vllum placandi Dei requiris. Hæc ratio est solida & perspicua, & ab ipso Christo tradita, quæ ab omnib. planis. cognosci & intelligi potest.

Atq; hic etiam hoc addendum est, Eos omnes qui non parati sunt magno studio ad facienda bona opera, vt illustretur gloria Christi & currat Euangelium gloriæ & gratiæ Beati Dei, in omnes gentes, manere pœnam gehennæ, Paulus aperte dicit, Veh mihi si non Euangelisauero. Quicumq; enim non sagunt quemadmodum Petrus affirmat, Per bona opera certâ facere suam vocationem, ij excidunt ea gratia, qua gratis per fiduciam in Christi misericordiam donati sunt. Fides perit & Spiritus sanctus extinguitur, nisi exerceatur fides pro cuiuslibet vocatione, Confitendo, operando, consulendo, dando, fouendo, promouendo deniq; orando, Fides concionatoris perit nisi totus sit subinde

P R A E F A T I O.

Subinde in lectione & meditatione verbi & legis Dei.

Huc pertinet quod Paulus ait, Verbum Dei ὀρθοτομεῖν, Reuocandę enim sunt pię mentes, primum ad considerandas promissiones Dei, quę mentes sunt docēde, de gratuita remissione peccatorū, & de recōciliatione quę fit per fidem in Christū. Postea addenda est doctrina Legis. Et operū laus sic est extollenda ne opprimat promissionem gratuitam. Ad summam, Opera debent fieri propter quinque causas. Principio propter mandatum Dei, Deinde ad exercendam & alendam fidem. Tertio loco propter Confessionem. Quarto propter Gratiarum actionem. Postremo, quia conditi & preparati sumus ad bene operandum.

Quia vero vos O Viri Islebientes, audistis me plus minus annis duodecim hæc apud vos docentem, ita etiam vt magnam partem me dictante exceperitis, docui enim publice, in frequenti auditorio, & extant hæc Formulę

PRAEFATIO.

mulę Pueriles quas nunc latine versas
ædo, Vuittembergæ excusæ, sub An-
num salutis M. D. XXVII. Die
Martini, Bartholomeo Drachstadio
amico meo summo inscriptæ. Vos
rogo, vt hanc puritatem doctri-
næ mecum & teneatis & des-
fendatis, Tantū. n. abest,
vt huius doctri-
næ me
pus
deat, quod
non recusem pro
ea mori, si Dominus
iusserit. Bene valete, Berlini
Dominica Lætare. M. D. XLI.

DE ECCLESIA.
SUMMA PIETATIS.

I

Quid est Ecclesia?

Respondeo.

Ecclesia est Cōmunio fidei & Spiritus sancti in cordib. Habēs uerū & germanū intellectū Scripturę, & uerum usum Sacramentorum, quę sunt tanq̄ externa symbola Ecclesię.

*descriptio
satisfactio
tia*

II

Quis suppeditat Ecclesię uerum intellectum Scripturę & uerum usum Sacramentorum?

*quis uig
supplicat
interpretat*

Respondeo.

Spiritus sanctus.

III

Quod est Symbolum quo testificatur Spiritus sanctus se adesse

B

Ecclesię

DE ECCLESIA.
Ecclesie & cōmunioni illi fidei, que
est in cordibus Sanctoꝝ

Respondeo.

Euangelium.

III

Quid docet Euangelium?

Ans Respondeo.

Pœnitentiam & remissionem peccatoꝝ
eorum.

V

Quomodo?

Respondeo.

In nomine Iesu Christi.

VI

Doce hoc scripturis sanctis?

Respondeo.

Luce ultimo ait Christus. Quoniam sic
scriptum

DE ECCLESIA

Scriptum est, Et sic oportebat Christum
pati, & resurgere a mortuis, tertia die &
predicari IN NOMINE EIUS poenitentiam & remissionem peccatorum, In omnes
gentes, initio facto ab Hierosolymis.

Ioh. xx. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt.

i. Ioh. iij. Per hoc cognoscite spiritum Dei, Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum uenisse in carnem, ex Deo est. Et spiritus qui non confitetur Christum Iesum in carnem uenisse ex Deo non est, Et hic est ille spiritus Antichristi, de quo audistis, quod uenturus sit. Et nunc iam in mundo est.

VII.

Quod est genus in definitione
Ecclesie? Respondeo.

Communio.

VIII

Cur adduntur he particule, fidei
& spiritus sancti in cordib.

Respondeo.

B ij

Hæ pa

DE ECCLESIA.

*vox fidei et
spiritus*

Hæ particule sunt additæ, tanq̄ differ-
rentiæ, Videlicet ut discernant ueram Ec-
clesiam a falsa Ecclesia. Quanq̄ enim mul-
ti mali sunt admixti ueræ Ecclesię, tamen
dies Domini probabit, qui sunt uere sanc-
cti, nempe qui corde conceperunt fidu-
ciam misericordiæ, & afflati sunt nouis
morib. spiritus sancti, quib. fit ut consiste-
re queant in certaminib. spiritalib. atq̄
adeo emergere sese ex omnib. malis qui-
bus cum perpetuo conflictantur. Impiis
interim misere desperantibus in die iudicij.

IX

Exhibe mihi id quod te etiam atq̄
etiam rogo, utriusq̄ rei exemplum?

Respondeo.

Fiat.

Utriusq̄ rei exemplū exhibet Euanges-
lium proximæ Dominicę, quod quidem
audisti in Templo recitari a nostro Paro-
cho. Continet enim colloquium Abraha-
mi cū diuite epulone, qui uacuis iusticia
Dei, de qua testificata est lex & Prophete,
reuelanda

DE ECCLESIA.

reuelanda olim sine lege Roma. iij. Neq̄
habet fiduciam misericordię propter pro
missionem, neque est sollicitus de rebus
proximi sui Lasari, cui omneis foelicitates
aduersæ erant, Itaq̄ non potest sustinere
iudicium Domini, sed desperat.

Rursum cum audis Lasarum ab Ange
lis deportatū esse in sinum Abrahamæ, sta
tim intelligis, per Legē & Prophetas ua
ricinātes de futuro semine, propter quod
recipiendus sit in gratiam a Deo, factum
esse, ut fiducia promissionis Dei, animo
confirmatus, pertulerit tam graues cala
mitates in hac uita, finiendas primo quo
q̄ tempore & remunerandas uita æterna.

DE IUSTIFICATIONE.

Videris ergo mihi excludere meritum
operū & nostrarū uiriū dignitatē, cū tan
topere predicas fiduciā misericordię, qua
apprehendimus mediatorem Christum?
Cum tamen non sit remissio peccatorum
nisi accedat pœnitētia. Item, Christus ait,
Si uis in uitam ingredi, serua mandata.

Recte mones, Nam hic locus perpetuo
B iij agitan

DE IVSTI

agitandus est in Ecclesia, Valet enim mi-
rum in modum ad erigendas & conso-
landas conscientias.

X

Dic igitur.

Faciam.

Paulus doctor gentium ait Roma. iiii.
Per legem non est promissio Abrahamæ, sed
per iusticiam fidei, Si. n. qui ex lege sunt,
hæredes sunt, exinanita est fides, abolita
est promissio. Nam lex iram operatur.

Hic audis Paulum diserte dicere, Primū
iusticiam esse ex fide, Deinde appellat, fi-
dem, fiduciam misericordiæ, reuelatę per
mediatorem, Christū. Tertio loco, Hanc
fiduciam misericordiæ, Impetrare uitam
æternā & liberare nos a terroribus mors-
tis. Quarto legem iram efficere, Condem-
nare & adigere ad desperationē. Proin-
de in iustificatione debet excludi meritū
operum & dignitas nostrarum uirium.

Audio: Sed nihil adhuc est dictum
ad locos de pœnitentia. Et, si uis &c.
Ad hos

FICATIONE.

Ad hos locos. Respondendum est, Requiritur quidem poenitentia, sed non ut opus nostrum, aut causa propter quam detur reconciliatio seu uita æterna.

XI.

Quid istuc? Accedo ut melius dicas.

Poenitentia, sunt terrores, Eos terrores, necesse est in nobis existere in iustificatione, Alioqui non posset nos liberare fiducia misericordie in mediatorem Christum, ab illis terroribus. Nunc hoc querendum est, an illi terrores sint opus nostrum, quod requiritur ad iustificationem.

XII.

Callidissime. Nam hanc questionem agitat meus animus?

Proinde statuendum est ex Paulo. Hos terrores conscientie a quib. liberat fides in Christum non esse opus nostrum. Neque enim sunt actiones, sed meræ passiones, quas patimur cum spiritus sanctus arguit

B iij naturam

DE IVSTI

naturam nostram, eo quod nō credamus
in Christum, iam quod patitur quisq̄,
non est opus suum.

Deinde isti terrores neq̄ sunt præcium
neq̄ causa remissionis peccatorum. Sed
sunt effectus necessario sequentes iustifica
tionem.

XIII

Hęc (ut ego sentio) grauius quidē
dicuntur a Paulo, sed difficillime
intelliguntur.

Probe iudicas. Nam hæc multo facilius
sentiuntur quam dicuntur, Et uocabulū,
Necessitatis, facile imponit imperitis rerū
spiritualium.

XIIII

Quomodo? Respon.

Nam cum audiunt pœnitentiã esse ne
cessariam ad iustificationem siue remissio
nem peccatorū, intelligunt, pœnitentiã,
siue terrores, qui sunt in pœnitentiã esse
precium remiss. peccatorum & causam
propter quam detur reconciliatio. Cum
tantum

FICATIONE.

tantum sit res necessario consequens iustificationem .

Dic clarius.

Faciam hanc rem exemplis illustrem. Homo si est iustificandus, necesse est ut existat priusquam iustificetur, Et tamen hæc existentia non est causa propter quam iustificetur. Ita constituere debent conscientie apud se. Reconciliationem siue uitam æternam gratis dari propter mediatorem & pontificem Christum.

X V

Ergo Paulus iam renatus & magna sedulitate docens gentes, Euangelium Christi, ne tantillum quidem placet Deo propter obedientiam illam & suos labores? Respon:

Ne tantillum quidem? Sed quia Pauli persona placet propter fidem in Christum, Et quia fide apprehenditur remissio peccatorum, Tum illa ipsa fides fit inchoatio noue

B v tio noue

DE IVSTI-

rio noue & eterne uite, Et simul inchoatur
noua obedientia, quæ etiam si sit imper-
fecta. Tamen placet propter Christum,
Atq; hoc modo placet Deo tota uita Pau-
li, non quia sic uiuit, Sed quia Paulus præ-
dicans & opera faciens, acceptus est prop-
ter Christum.

XVI

Remiss. itaq; peccatorum non pē-
det ex conditione Legis, uel impletæ
uel implendæ, seu nostre puritatis?

Respondeo.

Non, sed tantum ex fiducia misericor-
diæ in mediatorem Christum

XVII

Da huius rei signum?

Respondeo.

Atq; hoc inde apparet, quia peccatum
remittitur, nempe, concupiscentia, Etiam si
re ipsa

FICATIONE.

re ipsa adhuc hæreat in carne, & concupiscentia non est ociosa, sed gignit subinde infinitos prauos affectus.

XVIII

Doce scripturis?

Respon.

Rom. iij. Ideo ex fide, ut secundum gratiam, (audis secundum gratiam) firma sit promissio omni semini.

Rom. v. Christus pro nobis mortuus est, Cum adhuc peccatores essemus, multo igitur magis nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum, Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius.

XIX

Cupio breuib. explicari mihi Pauli locum.

Fiet.

Paulus utitur ratiocinatione a minore ad maius

DE IVSTI

ad maius, Si seruauit nos impios mors Christi, magis seruabit sanguis effusus redēptos. Item, si mors Christi impetrauit nobis reconciliationem cum Deo multo magis iam reconciliatos seruabit uita ipsius.

XX

Nunquid meministi alicubi, testimonia primę Ecclesię consentire his consolationib.

Valde memini, ideoq; recitabo.

Aug. ad Simplicianū ait. Vocantis est ergo gratia, percipientis uero gratiā sunt opera bona. Nec quę gratiam pariant, sed quę gratia pariantur. Non enim ut ferueat calefacit ignis, sed quia feruet. Nec ideo bene currit rora ut rotunda sit, sed quia rotunda est. Sic nemo propterea bene operatur, ut accipiat gratiam, sed quia accepit. Et paulo post.

Vnde admonemur, Nec ipsi operibus misericordię quemq; oportere gloriari & extollī

FICATIONE.

extolli, quod eis quasi suis Deum prome-
ruerit.

Hylarius Canone. XX. in Matthæū,
Merces quidē ex dono nulla est, quia des-
betur ex opere. Sed gratuitam gratiam.
Deus omnib, ex fidei iustificatione dona-
uit. Item, Mercedem Legis, Oprime &
inculpabiliter custodię. Donū gratię per
fidem credentib. primis ex nouiss. largi-
tur.

Cyprianus de passione Christi. Ex hoc
fonte (latus Domini Ihesu Christi dicit,
ex quo profilijt sanguis & aqua) Non tan-
tum ablutionis primæ, ia inicianur ac-
cedentes ad Christum undas haurimus,
sed & compunctionum & lachrymarum
perennes effluunt riui & misericordiarū
suauitas, & totius pietatis effectus ema-
nat.

Ambrosius de uocatione gentiū, Si-
ue cultu enim ueri Dei, etiam quod uirtus
uidetur esse, peccatum est. Nec placere ul-
lus sine Deo potest. Nō ergo fidat de uiri-
bus suis, quę etiam cū essent integræ non
steterunt, sed per illum quærat uictoriā,
qui solus non est uictus, & omnibus uicit.

Quam

DE IVSTI
XXI.

Quam gaudeo, me ad cognitio-
nem tantorū myſteriorum perue-
niſſe. Vah uiuere etiam nunc libet.
Nam plane exiſtimo, Hoc eſſe
σΥΝΕΧΟΝ. Summum caput Chriſtia-
nē doctrine. Et guſtum atq; intel-
lectum itaq; uerę præcipuum ſcrip-
turę ſanctę.

Nihil te fallit. Nam Paulus. i. Corin.
xiii. ſic loquitur de uero intellectu ſcrip-
turę, Si autem omnes prophetent, Intret
autem quis infidelis uel idiota, Conuincit-
tur ab omnib. dijudicatur ab omnib. Occ-
ulta enim cordis eius, manifeſta fiunt &
ita cadens in faciem. Adorabit Deū, pro-
nuncians. Quod Deus uere inter uos ſit.

XXII

Vnus ſcrupulus adhuc reſtat mihi.

Qui nam?

XXIII

Quid

FICATIONE.
Quid sit Spiritum fateri, quod
Christus in carnem uenerit?

Respondeo.

Spiritus qui confitetur, hoc est, palam
docet, Christum in carnem uenisse, Is docet
omnē iusticiam & gloriam carnis esse
fœnum, ut ait Esaias, idest inutilem & in-
efficacem ad promerendam uitam æternam.

Deinde neminem posse, ex suis uirib.
Ex suis satisfactionib. atq; operib. quantum-
cunq; bonis. Iustificari aut consequi remi-
ssionem peccatorum.

XXIII.
Proba.

Ro. iij. Iusticia sine lege apparuit. Gal.
h. Quoniam scimus non iustificari homi-
nem ex operib. legis, nisi per fidem Ihesu
Christi. Et nos in Ihesum Christum credi-
mus ut iustificaremur, ex fide Christi, &
non ex operibus legis. Propterea quod
non

DE IVSTI:

non iustificabitur ex operib. legis, omnis
caro.

Iohan. i. Quicumq; receperunt eum, de-
dit eis potestatem filios Dei fieri ihs, qui
credunt in nomen eius, Qui non ex sang-
uinib, Neq; ex uoluntate carnis, neq; ex
uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Audis, Nihil cōmodare ad salutem aut
ad iustificationem, neq; naturalem propa-
gationem, uires naturales, siue uires liberi
arbitrii, neq; uoluntatem carnis, neq; uo-
luntatem uiri. Quemadmodū Paulo A-
postolo nihil profuit ad iusticiam, quod
legem a puero didicerat magna cum lau-
de suorū equalium ad pedes Gamalielis.

XXV.

Quid est, quod dicitur, Christus
uenit in carnem?

De forma sermonis queris existi-
mo, quid significet?

Maxime.

Christū in carnē uenisse perinde est ac
si dixerō

FICATIONE.

si dixerō, Verbum caro factum est, Deus
& Dei filius factus est homo, Et habitauit
inter homines.

XXVI.

Nunc subiice sententiam.

Respondeo.

Deus demisit in terras & in carnis hu-
manę calamitates atq; molestias suum fis-
lium unigenitum, ut illis malis medicarea-
tur. Nam quia cū peccato nascimur, quot
quot ex Adam nascimur. Consequēs est,
nos meruisse, mortem, infernū, iram Dei
& omnia mala. Autoramentum enim pec-
cati mors Rom. v. Et Esaias ait, Christū
Dei filium percussū esse propter peccas-
ta non sua, sed populi. Quæritur enim
Seruire me fecisti in peccatis alienis?

XXVII.

Recita.

Iohan. iñ. Sic Deus dilexit mundum, ut
filium suum unigenitum daret, ut omnis
C qui

DE POENITENTIA.

qui credat in illum non pereat, sed habeat uitam æternam.

i. Ioh. i. Et sanguis Ihesu Christi filiꝝ eius emundat nos ab omni peccato.

i. Pet. ij. Quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super ligno ut, peccatis mortui, Iusticię uiueremus, Cuius liuore sanatis estis. Eratis enim sicut oues errantes, Sed conuersi estis nunc ad pastorem & Episcopum animarum uestrarum.

Ephes. ij. Et eramus natura filiꝝ iræ, quemadmodum & cœteri, Sed Deus qui diues est in misericordia, Propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, etiam cum essemus mortui per delicta, Conuulsificauit nos una cum Christo. Per gratiam enim estis seruati.

Roma. ij. Omnes peccauerunt ac destituuntur gloria Dei. Iustificantur autem gratis, per illius gratiam, per redemptionem, quæ est in Christo Ihesu. Quem proposuit Deus reconciliatorem, per fidem, Interueniente ipsius sanguine.

Memini

DE POENITENTIA.
XXVIII

Memini te recitare paulo ante locum quendam ex Euangelio Ioannis. Complectentem, ut mihi quidem uisus est grauissimam sententiam, sed mirabili quodam genere orationis obscuratā, queso te fer me.

Hanc ne dicis, Qui non ex sanguinibus &c.

XXIX.
Illam ipsam dico.

Bene se res habet. Nam ea sententia sicut est rotunda, ita continet elegantem descriptionem, Regenerationis spiritualis. Hoc est, docet quomodo tota natura corrupta sit. Adeo ut neutiq̄ possit ullis suis uirtutibus quibuscunq; etiam se res texere & mutare immūdicem cordis sui, ab eo die, quo per lapsum primorum parentum infecta est. Deinde docet etiam, quomodo ex Deo regeneretur & repurgetur natura mortalis, exuta & orbata iam omnibus suis dotibus. C ij Hoc

DE IVSTI
XXX.

Hoc erat uolupte audire. Modo te non pœniteat explicare hæc sacra Præterq̄ enim quod rem te dignā facturum es hac interpretatione grauis. sententię. Ego præterea etiã habeo tibi pro eo officio magnā gratiam. Adeo ut aliquando dicas, me gratum esse ac memorem.

Respondeo.

Ioannes Euangelista texit pulcherrimam methodum dialecticam, ut eo facilius inuadat in arcem causæ de filiis Dei. Recenset autem quatuor Capita. Tribus priorib. negat filios Dei fieri posse, ultimo uero capite affirmat nasci ex Deo filios Dei, Eos, qui credunt in nomen eius.

XXXI.

Habet ne uim aliquam singularē
In hoc

FICATIONE.
in hoc negotio, uocabulum, Nasci?

Respondeo.

Rem dicis, Nā in hoc uocabulo uertitur cardo huius negotij de spiritali regeneratione ad uitam, uidelicet ut diserte discernatur. Deus & homo, humana & diuina generatio, Homo enim est & manet homo, neq; potest ex sua natura fieri spiritus aut Deus.

XXXII

Quid ita. Dic clarius?

Respondeo.

Quia Christus uno uerbo eleuat naturę uniuersę dignitatem, Cum ait ad Nicodemum, Quod ex carne natum est, caro est, Faciat, inueniat, effingat quod uelit.

XXXIII.

Quid ẽ igitur nasci ex sanguinib?

Respondeo.

Sanguis

DE IUSTITIA

Sanguines significat, Naturalem propagationem, factam maxime secundum naturam & secundum iudicium & dictamen rectæ rationis. Adeo ut sana mens constituat quid sequi & amare. Quid odisse & fugere oporteat hominem, ne se det turpiter in hac uita.

Sanguines sunt, Hæc præcepta naturæ,
Honeste uiuere. Neminem ledere. Ius suū
cuiq; tribuere.

Hinc nascitur Constitutio rerumpublicarum. Administratio Imperiorū. Leges, Ius, Iusticia, Sapientia rerum ciuiliū, Cognitio omnium rerum quæ digne sunt homine liberali. Observatio motuum in corporib. cœlestib. Scientia morborū & earum rerum, quibus bona ualetudo defenditur & noxia naturæ depelli possunt. Nosse herbarum & omnium nascentium etiam lapidum, Virtutes atq; uires Animalium bipedum, quadrupedum, terra repentium in aquis degentium, & in syluis atq; in ipso aere uolantium, naturas atq; proprietates.

Breuius,

CATIONE.

Breuius, Sanguines sunt Viri optimi atq; clarissimi, de quibus dicas, Hic Vir bonus est & sapiens. Cum quo in tenebris mices, qui abhorret ab una turpitudine. Homo antiqua uirtute & fide, De quo nihil mali sit ortum publice, In quo existunt uere Heroice uirtutes. Qui merui non frangitur, quo minus uirtutem sectetur. Cui nihil est neq; antiquius neq; melius, quam salus reipub.

Hi itaq; nati ex Sanguinib. non sunt, non possunt fieri filij Dei, Sed reuera filij Diaboli, id quod probabit dies Domini.

XXXIII

Hui. Bona uerba queso. Partius ista uiris. Tamen obiectare memēto. Nam si Pomponius Atticus, Plato, Socrates aut Aristides, audirent te hęc dicentem, prorsus dicerent te insanire.

Respondeo.

C iij

Dicant

DE IVSTIS

Dicant, sane quidquid illis collubitum fuerit modo fateantur hanc sententiã esse reuelationem cœlorum, quæ statuit sanguinis propagationem esse immundam.

XXXV.

Simpliciter ne immundam?

Respondeo.

Simpliciter immundam omnino, coram Deo, & ut mutes cordis tui impuros affectus, & ut consequaris uitam æternã.

XXXVI

Cur addis. Coram Deo?

Respondeo.

Vt discernam naturæ commendationem quam habet alioqui maximã apud homines, quam in hoc genere uehementer probat scriptura & Deus ipse. Adeo ut appellet naturę iudicium, donum Dei & sapiens

FICATIONE.

& sapientiam siue iusticiam carnis, quam potest aliquo modo præstare ratio in hac uita.

XXXVII

Dic locum?

Respondeo:

Roma. i. Quia quantum de Deo sciri potest, manifestum est illis, Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia. n. ipsius nome-
pe sempiterna eius uirtus & diuinitas, ex opificio mundi per ea quæ facta sunt palam conspiciuntur.

XXXVIII.

Si cognoscit diuinitatem & uirtutem Dei Natura. Quid impedit eam quo minus pergat Deum uere colere? Respon.

Hanc questionē agit Paulus Rom. i. Et responder ad eam. Sunt, inquit, inexcusabiles, Quia cum cognouissent Deum.

C v

Non sic

DE IVSTIFI

Non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis: Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes. n. se esse sapientes stulti facti sunt &c.

Sathan enim sic debilitauit atque fregit Naturæ uires, ut hæc uitia nunc sint Naturæ propria. Non timere Deum, non confidere Deo ex animo. Nescire quod uere sit curaturus & defensurus nos aduersus omnia mala, si ex animo implorauerimus eius auxilium.

Hoc uitium est peccatum Originis, quod principio propter inobedientiam meruit mortem Rom. v. Postea prodit sese & erumpit in omnia genera pessimorum affectuum. Atque inde fit, ut quæque possit Natura aliquomodo præstare ciuilem & politicam iusticiam. Tamen in die iudicij nihil habet, quod opponat iræ Dei, & in quo possit acquiescere. Proinde coguntur illi ipsi Sanguines, desperationem adhibere in consiliū, maximo eorum incommodo

Atque hoc illud est quod dixit Paulus, Euangelium reuelat eiusmodi sapientiam, que

CATIONE.

que est abscondita in mysterio, quam nemo principum huius mundi cognouit.

XXXIX.

Quid uocat Paulus mundi principes?
Respondeo.

Summos, Optimos & Prestantissimos uiros, Heroes, qui unquam uixerunt, ducem Naturam maxime securi.

XL.

Hocne est igitur proprium officium Euangelii, ream facere mortis & gehennę ignis uniuersam carnem & totam Naturam?

Respondeo.

Recte iudicas. Nā. ij. Cor. x. ait Paulus, Arma militię nostrę non carnalia sunt, Sed potentia Dei, ad destructionem munitionū, Consilia etiam destruētes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes, Omnem intellectum in obsequium Christi.

Atque hoc

DE POENITENTIA.

XLI.

Atq; hoc modo docet Euangeli-
um poenitentiam?

Respondeo.

Docet.

XLII.

Est ne poenitentia tristitia?

Respondeo.

Est.

XLIII.

Mundi ne? Respondeo.
Non mundi, sed Dei.

XLIII.

Quid interest igitur inter tristitiã
mundi & inter tristitiam Dei?

Respondeo.

Paulus satisfaciet tibi pro me. ij. Cor.
vij. Video enim quod Epistola illa, Etsi ad
horam uos contristauit, Nunc gaudeo,
non quod contristati estis, sed quod con-
tristati

DE POENITENTIA.

tristati estis ad poenitentiam, Contristati enim estis secundum Deum, Itaque a nobis non estis detrimento affecti. Quæ. n. secundum Deum tristitia est, Poenitentia in salutem operatur, Mundi autem tristitia mortem operatur.

XLV.

Informa mihi, Rogo te, poenitentia methodum? Respon.

Faciam, sed suo loco, Paulo enim post hoc faciendum erit sedulo.

Grata est admonitio, Nam pene exciderat mihi restare adhuc tria membra nondum explicata in loco Ioannis, quem mei honoris gratia interpretandum suscepisti. Sanguinis propagationem & naturæ vires, Inefficaces esse in die iudicij Domini præclare demonstrasti. Idem facito in sententia de uoluntate carnis.

XLVI

Quid est uoluntas carnis?

Respondeo.

Voluntas carnis inquit Ioannes, non efficit ut sint filij Dei. Est autem nasci ex uoluntate

DE IUSTIFI-

uoluntate carnis. Nasci ex Sanctis & pñs
parentib. atq; Patriarchis, qui hac uolun-
tate duxerunt uxores. Quia Deus promi-
sit se benedicturū semini eorum post eos,
Ex quo semine nasceretur tandē atq; pro-
diret Meschias siue Christus.

XLVII

Da hui⁹ rei Exemplum aliquod,
ut clare intelligatur?

Respondeo.

Talis uoluntas fuit in Heua, Cum di-
ceret de Cain recens nato, Possedi homi-
nem secundum Deum, Sed uide quantū
fallatur. Occidit enim Cain fratrem Abe-
lem, & facit quod displiceat Deo, & mati-
dum uiuit.

Et huc pertinet ius Primogenitorum,
quod pauci assequuntur, q̄ q̄ sint reuera
primi generatione & uoluntate carnis.
Sic fallitur Abraham in Ismaele. Sic fal-
latur Isaac in Esau. Videlicet ut reipsa
coma

CATIONE.

commonstret Deus. Voluntatem carnis non esse satis ad iustificationem. Etiam si habeat aliquomodo uerbum & promissionem Dei.

XLVIII.

Quid est Nasci ex uoluntate uiri?

Respondeo.

Erudiri, non secundum dictamen recte rationis, ut in Sanguinib. Sed in Lege Domini, Ita ut filij Dei existiment, doctrina, adhortatione, ministerio uerbi quod gerunt, effici, ut in melius mutetur mundus & colat uere Deum, Eam uoluntatem proculdubio sequuti sunt parentes & cognati Pauli, Volentes eum a puero ad pedes Gamalielis erudiri, ut maiorum traditionibus defendendis strennue ac fortiter dimicaret, Tanq̄ cultū exhibiturus Deo placentem.

XLIX.

Recita. Respondeo.

Ad Philip. iij. Gloriamur in Christo Iesu & non in carne fiduciam habemus, Quanq̄ & ego habeam confidentiam in carne. Siquis alius uidetur con-
fidere

DE POENITENTIA.

cōfidere in carne. Ego magis, Circuncisus
octauo die, Ex genere Israelita, Trib⁹ Ben
iamini. Hebræus ex Hebræis, Secundum
legem Pharifæus. Secundum æmulationem
persequens Ecclesiam. Secundum
iusticiam quæ in lege est, uersatus sine cri
mine, sed quæ mihi fuerunt lucra, Hæc ar
bitratus sum propter Christū detrimen
ta, Verum tamen existimo omnia detri
mentum esse, propter eminentem cognis
tionem Ihesu Christi Domini mei, Prop
ter quem omnium iacturam feci, & arbi
tror ut stercora, ut Christum lucrifaciam,
ut inueniar in illo, non habens meam iusti
ciam, quæ EX LEGE EST, Sed illam
quæ ex fide est Christi, Quæ ex Deo est
iusticia per fidem &c.

L.

Quantum intelligo, Nasci ex uo
luntate uiri est, Velle esse iustum
coram Deo ex Lege, hoc est, quan
do homo imperat sibi ipsi ut faciat
& præstat Legem.

Rem

FICATIONE.

Rem tenes, Nam Ioannes quasi factis quibusdam gradib. statuit omnia illa, que quidem potest mens & animus hominis uel inuenire, uel nominare, esse in efficacia ad consequendam salutem æternam, ad immutanda pectora mortalium, etiam cum maxime quo potest opere conatur exprimere legem Dei.

LI.

Recense gradus.

Primus gradus est, Naturalis propagatio, Sequi Naturam ducem.

Secundus gradus est, Voluntas Carnis, Velle propter promissionem Dei, addere Nature quandam sanctimoniam nostra uoluntate.

Tertius gradus est, Voluntas Viri, Velle nostris uirib. satisfacere & implere legem.

LII.

Cum hac sententia uidetur pug
D nare

DE IUSTIFI-
nare scriptura, quando tribuit Za/
charie & Helisabethę iustificationē
ex mandatis Dei &c.

Respondeo.

Omneis laudes Sanctorum quas com-
memorat scriptura ad uoluntatem Viri
referri debent, tanq̄ ad suum nidum. Ha-
bent quidem laudem propter laudabilem
conuersationem inter homines, sed non
apud Deum, quasi hæ uirtutes essent cau-
sa, propter quā recōciliatus sit illis Deus,
Et est mordicus retinenda. Sententia ueræ
Ecclesie, Quod quicumq̄ reconciliantur
Deo, Per gratiam Christi reconciliantur,
& si uita eorū placet Deo, Placeat prop-
ter fidem in Christum mediatorē & pon-
tificem.

LIII.

Quam uellem, si fieri posset, ut
recitaretur primę Ecclesie sententia
aliqua consenciens. Non ut diffidā
scripturas

CATIONE.
scripturę sanctę. Sed ut habeamus
testimonium grauis eius seculi.

Respondeo.

Recitabo tibi Augustini locum ex
libro de peccatorum meritis & remissio-
ne. De Iob. Hęc de illo sunt uerba Dei,
An non aduertisti in puerum meum Iob.
Non enim est homo similis illi super ter-
ram, sine querela, Iustus, uerus Dei cultor,
abstinens ab omni opere malo.

Primis uerbis, Ex hominum qui sunt
in terra comparatione laudatur, Proinde,
omnibus qui tunc in terra. iusti esse pote-
rant exellebat. Deinde additur sine que-
rela, De cuius uita nemo iuste quereretur.
Iustus qui tanta morum probitate profes-
cerat, ut nullus ei esset æquandus &c.

Veruntamen hęc uerba, quib. a Do-
mino laudat, Possunt etiã de illo dici, qui
condelectatur legi Dei secundum interior-
rem hominem &c. Et tamen cum illud

Dij ipsum

DE IVSTI

ipsum quo condelectatur legi Dei non habeat nisi ex gratia Dei, adhuc liberationis indigens clamat, Miser ego homo, quis liberabit me de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

LIIII

Habeo gratiam tibi pro hoc testimonio, Cupio simile quiddam etiam de Zacharia & Helisabeth cognoscere.

Respondeo.

Fiet.

Nam de Zacharia & Helisabeth qui nobis saepe in huius questionis disputationibus obijciuntur, quid dicamus. Nisi quod euidenter scriptura testatur. Eminentem iustitiam fuisse Zachariam in principibus Sacerdotum ad offerenda veteris Testamenti sacrificia.

Legimus autem in Epistola quae ad Hebraeos inscribitur, Quod Testimonium
in lib

FICATIONE.

in libro priore iam posuius, Solum
Christum esse principem Sacerdotum.
Qui non haberet necessitatem
sicut illi qui Sacerdotum principes
dicebantur sacrificium pro suis pri-
mum offerre peccatis quottidie.
Deinde pro populo.

In hoc Sacerdotum numero Zacharias
as, In hoc Phinees, In hoc ipse Aaron, a
quo iste ordo exorsus est, fuit, Et quicūq;
aliij in illo sacerdotio laudabiliter, Iusteq;
uixerunt.

Quid autē de Zacharia & Helisabeth
laudabile dictū est, quod non in eo com-
prehendatur, quod de se Apostolus, cum
in Christum nondum credidisset profes-
sus est, Dixit enim se secundum iusticiam
quæ in lege fuit, esse sine querela.

Hoc & de illis ita legitur. Erant autem
ambo iusti ante Deum incedentes in om-
D iij nib.

DE IVSTIFI-
hib. mandatis & iustificationib. Domini
sine querela.

Quia ergo quidquid in eis erat iusticie,
Non erat ad homines simulatum, ideo
dictum est, ante Deum.

Quod autem de Zacharia & eius Con-
fuge scriptum est, In omnibus mandatis
& iustificationibus Domini, Hoc ille bre-
uiter dixit, **IN LEGE.**

Non enim alia Lex illis, alia istis fuit
ante Euangelium, sed una atq; eadem,
quam legimus per Moysen datam Patri-
b. eorum, Secundum quam etiam Sacer-
dos erat Zacharias, & uice sua sacrificabat

LV.

Dic etiam de Samuele, a puero
per Dominum uocato, sub Heli Sa-
cerdote.

Respondeo.

Dicam, Sicut licet homines (inquit Aus-
gustinus

CATIONE.

gustinus) Tanta excellentes iusticia, ut ad eos de columna nubis loquatur Deus, quales Moyses & Aaron in Sacerdotib. eius, Et Samuel in ijs qui inuocant nomen eius. Cuius magnę laudes pietatis & innocentię scriptura ueridica prædicantur, ab ineunte pueritia ex quo eum mater, uotum soluens, In templo Dei constituit & seruum Domino dedicauit, Etiam de talibus, tamen scriptum est, Tu propitius eras illis & uindicans in omnes affectiones eorum, In filios quippe damnationis uindicat iratus, In filios autem gratię uindicat propitius, Dum quem diligit corripit, & flagellat omnē filium quem recipit.

LVI.

Quid sentis de donis accedenti/
b. post iustificationem?

Respondeo.

Idem sciendum est, de omnib. reuelationib. & donis ipsius spiritus sancti, quib. ornat & locupletat Ecclesiã Christi. Hęc

D iij enim

DE IVSTIS

enim omnia pertinent ad uoluntatē Viri,
& nihil faciunt ad iustificationem coram
Deo, Sed tantum ad usum & ædificium
Ecclesiæ, ad exercendam fiduciam misericordię
in hac uita.

LVII.

Doce scripturis.

Respondeo.

Christus ait, Cum feceritis omnia, dice-
cite, quia serui inutiles sumus.

Paulus dicit, Ne me extollat magnitudo
reuelationum, datus est mihi Angelus
Sathanæ colaphisans me &c.

Hoc modo & Dauid loquitur, Non
ueniat mihi pes superbiæ, Hinc autem fa-
cile colligi potest, quod sit in proclui etiam
sanctis excidere fiducia misericordię &
sequi uoluntatem uiri cū ignominia me-
diatoris Christi, Deinde quod sit periculosum
cum sit. Tum enim uere transformatur
Angelus

FICATIONE.

Angelus Sathanæ in Angelum lucis.

LVIII.

Profer de scripturarꝫ abdytis, quas
dam experientias.

Respondeo.

Ecce tibi Iacob Patriarcham, Is q̄q̄
habeat magnificas reuelationes a Deo de
rebus spiritualib. de semine suo, de terra
possidenda. Tamen ex Mesopotamia re-
uersus in Canaan non habet ullas reue-
lationes, in quib. potuisset acquiescere,
præ metu & trepidatione, quæ inuaserat
eum postq̄ audisset fratrem suum Esau,
armata manu occurrere ei, Neq̄ est animo
confirmato & contemptore, donec cum
Angelo fortissime colluctatus, accipiat de
re præsentē consolationem.

LIX.

Profer aliam quandam, ut res
fiat clarior quia sublimitatem & ma-

D v

iestatē

DE IUSTIFI-
cationem harum rerū difficill. asse-
quimur.

Respondeo.

Petrus Apostolus habet tantum reuelationum spiritualium, quod interrogatus a Christo, Quem existimet esse filium hominis? Respondeat, Filium hominis esse filiū Dei Viuentis, De qua cōfessione Petri sic concionatur Christus ut clare pronunciet, Petrum esse uere beatū. Præterea hanc reuelationem non esse ex Carne & Sanguine, sed ex patre qui sit in cœlis, Deinde facit miracula multa Petrus, fugat dæmones &c. Verum hæc omnia non possunt tantum efficere, & satis esse ut consistat Petrus in una peieratione & abnegatione Iesu in ædibus Annæ & Caiaphæ, Et habet opus facie Iesu Christi. Postq̄ enim intuitus esset eum Iesus, recordatur uerbi illius, quod dixit ad eum Iesus, Priusq̄ Gallus cantabit, ter me negabis. Item, Rogauī pro te Petre, ne deficiat fides tua.

Hæc

CATIONE.
LX.

Hęc doctrina, ut ego quidē sen/
tio. Nam plane transformauit me
audientē. Est necessaria ut retinea/
tur & urgeatur in Ecclesia Christi,
Ne uel ad sinistra uel ad dextra de/
clinantes, excidamus gratia Christi,
relapsi ad Voluntatē Viri, ad fidu/
ciam donorum spiritualium.

Respondeo.

Rem acu tetigisti, Nam si hanc doctri/
nā, quę est uera uox Ecclesię sponse Chris/
sti, sustuleris, salutem & uitam sustulisti.
Hęc enim sententia lucere debet in Eccles/
sia, Sicut lucet Sol in cœlo. Neq; cōmits/
tendum est ut sepeliāmus Christum post
primam gratiam, Sed tribuamus Christo
perfectā laudem mediatoris, ut dicamus,
ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ, ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ, ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ,
Iustificationis & salutis æternę, Constare
ex fiducia misericordię, in mediatorem &
Episcopum Christū. Ergo

DE IVSTI.

LXI.

Ergo errant. Quicumq; aliud docent.

Respondeo.

Immo blasphemant & concacant fœ: diss. sanguinem & meritum Christi, quicumq; uel latum unguem ab hac sententia Ecclesię discesserint. Christus enim est hodie, heri & in sempiternum, Et resurgens ex mortuis Christus ostendit discipulis manus, pedes & latus.

Hæc enim memoria debet perpetua esse in pectorib. hominum, ut consistere queant in die iudicij & in die malo. Adeo ut plena fiducia perpetuo occinamus Deo, Quia apud te propiciatio est, Ideo timeris.

Sic dixit Augustinus, Turbabor sed non perturbabor, Quia uulnerū Domini mei recordabor.

LXII.

Memini

FICATIONE.

Memini me ex te audire, & est
admodum nuper, De Bernhardo,
quomodo Christus perpetuo ma/
neat agnus Dei, qui cottidie imper/
ciat, lana & lacte ueniens, omnibus
suam misericordiam sine fine, sed
excidit sententia.

Respondeo.

Habeo quod erres, Ego te adiuuabo,
Sic ait Bernhardus. Sed tu fortassis time-
as eam, quā facere uenit delictorum pur-
gationem, ne ustione & scissione ossa &
medullam ossium collidat, ne dolorem
inferat morte grauiorem. Audi, Agnus
est, In mansuetudine uenit, Cum lana &
lacte. Solo uerbo iustificans impium.
Quid enim iuxta Comicū, facilius dictu:
Tantum, inquit, dic uerbo, & sanabitur
puer meus. Vt quid ergo deinceps, Hæsi-
temus fratres, & non omni fiducia, ad
thronum gloriæ ascendamus.

Expone

DE IVSTIFI-
LXIII.

Expone tandē, Quid sit ex Deo
Nasci. Hoc enim auide expecto, Si
quidem, Neq; Sanguines, Neq; uo-
luntas Carnis, Neq; uoluntas Viri
efficiant, ut nascantur filii Dei;

Respondeo.

Ex Deo Nasci quid sit, explicat ipse
Ioannes cum ait, Quotquot uero accep-
erunt eum, ijs dedit potestatem filios Dei
fieri, qui credunt in nomen eius. Hoc est
qui plena fiducia, tantum allegant coram
Deo nomen Christi, In die iudicij, In ago-
ne conscientiae, in lucta cum morte, adeo
ut sperent apud Deum propter illud no-
men, quod allegant, se uehemēter gratios-
sos fore.

LXIII.

Exemplum.

Exhibebimus autem huius rei Exem-
plum, ut res fiat illustrior. Finge aliquem
qui propter summam uite ac morum tur-
pitudinē, patriam suam deserere cogatur,
ne scilicet

CATIONE.

ne sc̄a Magistralu eius loci deprehensus
ueniat in periculum, & ornatur ex suis uir-
tutibus. Huic, quocunq; etiā loco fuerit,
perpetuo male est, Sua. n. quēq; fraus, suū
facinus, suum scelus, sua temeritas de sanis-
tate ac mente deturbat, nec sinit eum con-
quiescere. Hæ sunt eorū qui se in hac uita
dant turpiter, furia. Hæ flamme, hæ faces.

Ardet Patriæ desiderio, Satagit rerum
suarum, Sed magnitudine sceleris deter-
retur a recto consilio, Si quē intuetur, sta-
tim uerberatur tacito cogitationis conui-
tio, Et ueretur ne cognitus tradatur iudi-
ci. Atq; hinc fit ut in illius pectore nihil,
consilij consistere queat, siue sit Socrates,
siue sit Esau, siue Ismael, Saul⁹ siue Dauid,
Paulus siue Petrus. Habeat etiā qualescūq;
reuelationes, qualiacunq; dona.

Is, quātus quātus est, hoc agitat animo,
ut adhibeat in consilium cogitationum
suarum desperationem atq; timorem,
neq; potest sese emergere ex his malis,
Donec accedat monitor & præmonstra-
tor quispiam, pie & prudenter consulens
ei, ut dispiciat sibi uirū aliquē autoritate
& dignitate

DE IVSTI

& dignitate isthic ualentem. Hunc enim nactus confidit uehementer eius uiri nomine, apud eos quos offendit, graciosum fore.

Hoc consilio, hac contione, Confirmatus miser, recipit animum, Confiditq; fore, ut hac ratione suis reb. rectiss. consuli propiciq; possit. Agit gratias Deo, Eo quod inuenerit nō sine magna liberalitate Dei, Virum bonum, Cuius consilio fretus cœperit de reb. suis iterum bene sperare, abiecto omni metu, Et concipit apud suū animum propositum firmū emendandę uitæ, his uerbis, Posthac incolumē sat scio fore me, hoc si de uito malum, Immo si ex hac calamitate liberatus euasero, plane confirmabo me ita futurum in eius, quis cunq; me liberauerit potestate, ut si simile quiddam admiserō me occidat. Nunc intelligo me miserū esse, & impotenti animo fuisse.

Is itaq; uir quem diximus, recipit in se causam, Commendatq; eius causam per litteras Magistratui terre, quam petiturus est im

CATIONE.

est impurus ille. Hoc agens ut pro illo culpam fateatur & deprecetur noxam, Spes rare se, quod ad meliorem mentem redierit, Adesse signa, ex quibus coniectura facile fiat, ut confidat fore ut uelit. Liberum esse ingenium & animum, itaque reduci posse quo uelis die.

Obsignat litteras, subscribit suum nomen, Et tradit obsignatas exuli, eius miseratus casum, Et ecce tantum animi additur per has litteras errori, ut non dubitet prodire & loca infensa atque hostilia inuisere, non propter suam dignitatem, sed propter commendationem Viri boni, Eam enim sperat sibi magno & adiumento & ornamento futuram esse.

Nunc uide euentum, Qui antea timebat omnia, Principis iram qui praest patriae, Et animum Magistratus erga se ut sic sui, Animo nunc iam ocioso esse imperat. Praesidio commendationis atque consultoris illius, dormit, pascitur, & facit omnia facilius quam antea.

E

Ingredis

DE IUSTIFI

Ingreditur terram e qua propter scelera sua eiectus est, Qui norunt, Conuicia in eum iaciunt. Hui, quid huc reditio est, fugitiue, quid consilij mutatio. Vah quibus laceraberis modis: An nescis audacissime, que futura esse dicunt in te Exempla

Verū is contra hæc omnia iubet eos bono animo esse & recte sperare, Quia habeat spem auxiliij, consilijq; copiam, Quia habeat fidem suis illis litteris quas secum afferat. Tandem reddi iubet Magistratui litteras, Hæc cū resignantur, apparet simul nomen eius per quem commendatus est. Quo conspecto ait Princeps, Etsi dignus erat sceleratus olim in quem iuxta leges seueriter animaduertent. Tamē quia is petit, cui propter uetustum ius Hospitij, Et quia semper me diligentiss. coluit atq; obseruauit, nihil possum denegare. Fiat sane quod postulat, Et ei ob eam rem si quid usus uenerit, Lubens bene faxim, Deinde iubeo etiam, meis popularib. & in hac re, & alijs omnib. q̄ maxime. Hunc, quem dixi, Colere, adiuuare, adiungere. Iam recipitur in gratiam, Crucem meritus, non propter

CATIONE.

propter suam dignitatem, sed propter no-
men eius cui confisus est.

LXIII

Idem fit in hac Natiuitate, qua nascuntur filij Dei, Omnes homines pro Natura sua mortali sunt filij iræ & æternæ damnationis. Suntq; (quemadmodū eas appellationes in unum aceruum coniecit Ioannes Euangelista) Vel Sanguines, Vel uoluntas Carnis, Vel uoluntas Viri. Hoc est eius modi Homines, qui in iudicio Dei, nullis suis uirib. possunt consistere aut acquiescere.

Statim autem cum illi ipsi apprehenderint mediatorem Christum, & credunt se coram Deo propter eius nomen, Cui confidunt, & quem allegant uehementer gratiosos fore, Fit ut Deus non uelit omnia pro suo iure agere. Immo dicat, Quia illū uobiscum adducitis, quē ego ad hoc constitui atq; ordinavi. In quo mihi complacitum est, In quo relucet tanq̄ in imagine uoluntas cordis mei. Ecce condono uobis

E n̄ liberali

DE IUSTIFI

liberaliter, quidquid haftenus peccatum
est, propter Christū. Norimus enim nos
inter nos, & iucunda est mihi obedientie
eius & aliarum uirtutum suarū recorda-
tio. Ite in pace & nolite amplius peccare.

LXV.

Hoc uidelicet est Nasci ex Deo, Quo
loco nihil existit nisi quod sit Deus.

Pater est Deus.

Filius Iesus Christus, est Deus.

Fiducia in mediatorem Christum, est
fiducia in Dei misericordiam.

Hæc fiducia pertingit ad Deum.

Hæc fiducia adducit & apprehendit
Deum.

Et facit filios Dei, Nempe qui de suis
uirib. desperantes, tantum confidunt Dei
misericordie propter nomen Christi,
Itaq;

CATIONE.

LXVI

Itaq; quantum audio, scelus est
in Ecclesia aliud docere quam Chri-
stum, & eum quidem, Natum &
Crucifixum.

Respondeo.

Recte dicis, Nam Paulus organum
electum Dei, ad Gal ait, Ego uero, absit ut
glorier nisi in Cruce Domini nostri Iesu
Christi.

Et. i. ad Cor. ij. Non enim iudicaui me
quidq; scire inter uos, Nisi Iesum Christum,
& hunc Crucifixum.

LXVII

Est ergo caput iusticie Christus.

Respondeo.

Maxime.

E iij

Nam

DE CAPITIB.

Nam ideo spiritus sanctus uisus est in
uertice Iesu, In spectante Ioanne Baptista.
Et audita est uox Patris de coelo, Hic est
filius meus dilectus in quo mihi compla-
citum est, Hunc audite.

**DE SVMMIS CAPI-
tibus pietatis.**

LXVIII

Quot ergo sunt summa capita
pietatis?

Respondeo.

Duo. Verbum & fides.

LXIX

Quod est officium uerbi?

Respondeo.

Promittere

SVMMS PIETATIS.
Promittere aliquid.

LXX
Quod est officium Fidei?

Respondeo.

Ut statuat Deum esse ueracem, & ser-
uantem promissa.

LXXI.
Quæ est natura promissionis?

Respondeo.

Eadem, quæ promittentis Dei, Sicut. na-
Dei naturam infinitam & immensam ras-
tio naturalis non intelligit, ita neq; eius
verbum aut promissionem.

LXXII
Quid igitur est faciendum?
Respondeo.

E iij Fide

DE CAPITIB.

Fide promissio apprehendenda est.

LXXIII

Ergo aliud est fides, aliud huma/
na ratio?

Respondeo.

Maxime. Nec magis inter se conues/
niunt, q̄ lumen & tenebrę, Christus & Bee/
lial.

LXXIII.

Libenter audirem scripturę tes/
timonium.

Respondeo.

Paulus inquit, Animalis homo non
percipit ea, quę Dei sunt. Item, Mundus
per sapientiam non cognouit Deum in
sapientia.

LXXV.

Per quid igitur patefit mundo
sapientia Dei?

Respondeo

SVMMS PIETATIS.
Respondeo.

Per uerbum Euangelij.

LXXVI.
Quo pacto?

Respondeo:

- i** Deus mittit.
- ii** Missi predicant.
- iii** Deus adest uerbo per spiritum suū,
Itaq; non redit sine fructu.
- iiii** Doctores uerbi audiuntur.
- v** Auditores uarie adficiuntur.
- vi** Varie adfecti credunt uerbo Euangeliij de Christo, & agnoscunt impuritatem ante actę uitę.
- vii** Atq; hinc fit ut sibi diffidentes, Cōñiciant se in reuelatam bonitatem Dei erga se.
- viii** Itaq; inuocant nomen Domini atq; saluantur.

LXXVII
Dic testimonium scripture.
E v Respon.

DE CAP. SVM. PIE.

Respondeo.

Roma. x. inquit Paulus, Idem est Dominus omnium, diues in omneis inuocantes se. Quicumque enim inuocauerit nomen Domini saluus erit. Quomodo autem inuocabunt, in quem non credunt? Quomodo credent in eum, de quo non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo autem prædicabunt, nisi missi fuerint?

Hieremię primo, Ego uigilabo super uerbo meo, ut faciam illud.

1. Reg. iij. dicit Dominus ad Samuel, Ecce ego facio uerbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambę aures eius.

DE DVOBVS DOCTORIB.
ET DVAB.
DOCTRINIS.

LXXVIII

Qui sunt igitur missi ad docen/
dum, & quæ est horum doctrina?

Respondeo.

Doctrinæ genera duo sunt, Legis & Es
uangelij, Totidem etiam sunt Doctores,
Moyses & Christus.

LXXIX.

Ostende hoc ex scriptura

Respondeo.

Ioannis primo, Lex per Moysen data
est, Gratia & ueritas per Iesum Christum
patefacta est. Item Matth. XI. Omnes
Prophetæ, & ipsa Lex usq; ad Ioannem.

Quæ est doctrina Legis &
Moysi?

Respondeo.

Lex

DE DVOB. DOCTORIB.

Lex requirit ut perfecte obediamus Deo, eumq; diligamus super omnia, & minatur ijs, qui hoc non faciunt, mortem æternam.

LXXXI.

Recita locum scripture.

Respondeo.

Deutero. xxvij. scriptum est. Maledictus omnis, qui nō manserit in omnibus, quę scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

LXXXII.

Quę est doctrina Euangelii seu Christi?

Respondeo.

Euangelium docet misericordiam & remissionem peccatorum contingere nobis propter Christum.

LXXXIII

Recita scripturas.

Respon.

ET DVAB. DOCTRINIS.

Respondeo.

Gala. iij. Christus liberauit nos a maledictione Legis, dum pro nobis factus est maledictum (Scriptum est enim, Maledictus a Deo qui pender in ligno,) ut in gentes ueniret Abrahæ benedictio per Christum Iesum, ut promissionem spiritus acciperemus per fidem.

Ioan. iij. Adeo Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, Sed habeat uitam æternam.

Ioan. xv. Maiorem hac dilectionē nemo habet, ut quis animam suam ponat pro amicis suis.

Roma. v. Commendat suam charitatem erga nos Deus, quod cū adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est.

LXXXIII

Dic mihi eadem hæc, de discrimine

mine

DE DVOB. DOCTORIB.
mine Legis & Euangelii, breuius.

Respondeo.

Lex inquit, Necessè est te diligere Deum
super omnia, aut perpetuo perire.

Euangelium uero, Annuncio tibi, inquit,
Deum incredibili erga te amore affectum
fuisse, priusquam tu eum diligeres, nec
uelle tibi imputare hoc peccatum, quo
amori tui ipsius nimium indulges. Neque
id solum, uerumetiam constituit tibi dare
spiritum sanctum suum, propter quem,
quia Deus diligit te, tu uicissim ihs, quæ
sunt tibi charissima, & omnibus huius
uitæ commodis, renunciare, uitam denique
ipsam, aut si quid uita est charius, proijcere
non dubites.

LXXXV.

Quid igitur sentis de Deo?

Respondeo.

Eum

ET DVAB. DOCTRINIS.

Eum esse bonū, mihiq; ex animo bene uelle.

LXXXVI.

Vnde habes hanc de Deo cognitionem? Respon.

Ex ipsius uerbo, quod magnifice mihi bonitatem eius & misericordiam prædicat.

LXXXVII.

Experiris ne hoc Re ipsa?

Respondeo.

Maxime. Sentio em̄ mihi bene fieri ab eo & corpore & animo.

LXXXVIII

Quid bene ab illo fit tibi quod ad corpus attinet? Respon.

Quia non solum creauit me, uerum etiā alit perpetuo & cōseruat, neq; defieri mihi quidquā patitur earū rerū, quæ ad hanc uitā sunt necessarię. Que

DE BAPTISMO.

LXXXIX

Quæ confert in te beneficia spiri-
tualia?

Respondeo.

Quamprimum in lucem æditus sum,
fecit, ut in eius gratia essem, mihiq; in bap-
tismo impertitus est perpetuæ salutis be-
neficium.

DE BAPTISMO

ET EIVS

NATV-

RA.

DE BAPTISMO.

X C.

Quid est Baptismus? Resp.

Est, vt Paulus inquit, lauacrum regenera-
tionis ac renouationis Spiritus sancti.

X C I.

Quid fit, cum baptisamur?

Respondeo.

Is, qui baptisat, immergit nos aque iuxta
preceptum Christi, quod dedit Apostolis,
in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti,
Eaque immersio indicio est, nos propter
Christum morti destinatos esse.

X C II.

Recita Scripture testimonium?

Respondeo.

Rom. sexto, An ignoratis, quod quicunq;
baptisati sumus in Christum Iesum, in
mortem eius baptisati sumus?

X C III.

Quomodo est baptismus laua-
crum regenerationis? Resp.

F

Nos

DE BAPTISMO.

Nos nascimur filij ire & rei æternę mortis propter peccatum, quod nobiscum afferimus, sed virtute & fiducia illius verbi, quod in baptismo nobis proponitur, ab originali malo liberamur.

XCIII.

Recita Scripturam? Resp.

Ioan. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnū Dei.

XCV.

Renascimur ne ita in baptismo, ut nihil in nobis reliquum maneat peccati? Respon.

Non baptisamus enim virtute Spiritus sancti reprimat naturę nostrę morbum seu corruptionem, non tollit omnino.

XCVI

Pinge mihi hoc aliqua similitudine? Respondco.

Vitium remanens in natura post baptismum igni fere simile est, qui sub vesperam (cum pueris em̄ pueriliter loquendum est) ab anu

DE BAPTISMO.

Ab anu quadā aut ancilla domus obrutus cinere, latet, neq; flammam ædit amplius, facile tamen hinc flammę materia peti potest. Nam ea, quam dixi anu, cum lucerna opus est, ni illis ipsis cinerib. ignem querit, lumēq; accendit, addito modico sulphure. Ita vitium, hærens in nobis, non est in baptismo ita omnino sepultum, quin sæpe vis res suas exerat, Eoq; vehementius, quo magis ætas accreuerit. Itaq; facillime vitur Diabolus, tanq; fomite quodam, ad quod uis excitandum incendiū nostrorum affectuum, odij, impatientiæ iræ, libidinis superbię & fastus, ambitionis, auaritiæ, impietatis, & quę sunt his similia flagitia, quę oriuntur ex vitiosa natura.

XCVII.

Quid faciam igitur, si quid forte mihi tale acciderit? Resp.

Fac q; primum baptisui tui memineris, ad quem tanq; ad sacram anchoram aut asylum quoddam confugas, Nam in eo erit tibi certissimum paratum præsidium, in cuius nomine baptisatus es, si tua imbecillitate deplorata auxilium eius fortiter imploraueris, in hunc fere modum.

F ij Domine

DE BAPTISMO

Domine Deus, & pater coelestis, animo meo charissime, Sentio vna cum aetate au-
geri in me perpetuo vim illius mali, in
quo natus sum, quod magno me impetu
impellit, vt faciam contra mandatum &
voluntatem tuam.

Hic nominatim exprime, quid
quid est, quod tibi plurimum facit ne-
gocii, siue illud impatientia, siue alius
sit affectus eius generis.

Sed obsecro te, vt quēadmodū per bap-
tismum me primum in gratiam recipere
dignatus es, & spiritus sancti munere ora-
nasti, ad nouam vitam inchoandam, ita
eandem mihi gratiam & spiritum propter
peccatū meum ne adimas, Sed, qua es be-
neficentia & bonitate, Subinde magis effi-
cacem & potentem in me reddas, ne quid
quid est in me vitij reliquum, tantum va-
leat, vt illi succumbam.

XCVIII

Quo nomine appellat Scriptura
hoc certamen carnis & spiritus?
Respondeo.

DE BAPTISMO.
POENITENTIAM vocat.
XCVIII

Quamdiu debet esse in nobis?

Respondeo.

Per omnem vitam. Sicut enim, quādiu in hac carne viuimus, nunq̄ sine peccato sumus, ita perpetuo contra hoc peccatum inuocare auxilium Dei necesse est, & contra hoc fortiter pugnare.

C.

Exaudit ne Deus, quotiescunq̄ eum inuocauerimus? Resp.

Immo audior ipse multo ad dandū est, quam nos ad accipiendum. Et eius diuitie tantum abest vt exhauriri possint, vt dando semper fiat locupletior.

CI

Qui sciam hoc ita esse, ut dicis?

Respondeo.

Christus inquit, Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur.

F in Placet

DE BAPTISMO.

CII

Placet ne igitur Deo nostra inuocatio? Respondeo.

Ita, vt nihil ei gratius facere possis, q̄ si q̄ plurima ab eo beneficia expetas. Hic culus est ei longe gratissimus, Sicut illud summæ contumeliæ loco ducit, si aut nihil aut parum ab eo boni expectes.

CIII

Hiccine igitur deus non est amandus? non in sinu gestandus? Sunt ne hæc certa, quæ dicis? Resp.

Nihil magis Christus ipse inquit in Euangelio Lucae. Quod si vos, qui mali estis, potestis dona dare filiis vestris, quanto magis pater vester coelestis dabit vobis spiritum sanctum si petieritis.

CIIII

Nonne deus prospexit nobis alia etiam consolatione, qua fidem nostram satis infirmam confirmare possimus? Respondeo.

Ita.

Quænam

DE ABSOLUTIONE

CV

Quenam hæc est? Respon:

Sacramentum corporis & sanguinis Ihesu
Christi.

SEQVITVR BREVIS

quædam institutio, qua puerilis ætas
ad petendam Absolutionẽ, & usum
cœnæ Dominicæ præparetur.

CVI

SACERDOS.

Quid petis mi Puer?

PVER.

Vt tibi, mi Pater, de meis miserijs conque
rar, Scio enim te ad id diuinitus constitus
sum esse.

CVII

SACERDOS.

Dic quid velis. Meum officium tibi pro
mitto, ac lubens.

PVER.

Ego cum ætate, quæ mihi indies accedit,

F iij video

DE ABSOLVTIONE

video me etiam non paulo fieri deterior
rem, & pröcliuē ad omnia, quæ sunt con-
tra voluntatem Dei.

**Hic nominatim exprime, si quid est,
quod te mordeat.**

Necq; extra verbum Dei vllum aliud res
medium scio, Quocirca peto a te per miseri-
cordiam Dei, vt pro ea autoritate, quam
habes diuinitus, & consolando, & consilio
me, quod potes, adiuues.

CVIII SACERDOS.

Annuncio tibi per misericordiã Dei, qui
propterea filium suum vnigenitum mori
voluit, gratiam & remissionem peccato-
rum. Nunquid vis aliud præterea.

PVER.

Vehemēter etiam vti cupio externo illo
remedio, quod Iesus Christus Dominus
mihi contra carnis meę malitiam in terris
reliquit.

CIX SACERDOS.

Quod

DE ABSOLVTIONE

Quod nam id est?

P V E R.

Audire velim verbū Christi de Remissione peccatorum, coniunctum sacramento corporis & sanguinis ipsius, vt sit remedium & recreatio afflicto animo meo. Confiteor enim & deo & tibi, mi Pater, ita certo fore, vt deus propter filium suum mihi sit propicius, neq; imputet mihi hæc mala, quæ hærent in carne mea mortali, Sed confirmet me in fide, & det mihi Spiritū sanctum, quam certo ego hisce mets sensibus, panem & vinum percipio, oculis video, dentib. tero & deglutio, gusto & odorō.

CX

SACERDOS.

Corpus Domini nostri Iesu Christi profit tibi ad uitam æternam. Sumito sanguinem Iesu Christi Domini nostri ad uitam æternā. Amen.

CXI

SACERDOS

F v

Verbū

DE SACRAMENTO

Verbum pascit animas vestras, Corpus
& Sanguis Christi pascit corpora vestra,
vt cum omni fiducia & spe statuatis, Deū
velle, vt & corpora & animi vestri perpe-
tuo viuant.

PVERI.

Benedictus deus Pater noster coelestis, qui
nos ad hoc conuiuium gratiæ suę vocare
dignatus est, per eādem gratiā petimus, vt
Spiritus sancti benedictio crescant in no-
bis continuo ea dona, quorum primitias,
accepimus, Eiq; ex animo confidentes in-
ter nos quoq; mutua charitatis officia se-
dulo communicemus, Amen.

ARTICVLI FIDEI.

CXII.

Quid uicissim a nobis requirit
Deus, quo gratiam ei pro bene-
ficiis iam commemoratis refera-
mus?

Respondeo

Nihil aliud, nisi vt verbo & promissioni
ipsius credamus.

CXIII.

Quid igitur credis?

Resp.
Credo

ARTICVLI FIDEI.

Credo & confiteor ex animo, vnum esse Deum, & trinū in personis, deū Patrem, deum filium, & deum Spiritum sanctum.

CXIIII

Quid confiteris de Deo Patre?

Respondeo.

Credo & contiteor, eum esse omnipotentem & creatorem cœli & terrę. Idest, quod sicut per ipsum existunt, ita etiam conseruantur omnes creature in cœlo & in terra, maxime vero homines ad imaginē suam conditi.

CXV

Quid credis de Iesu Christo?

Respondeo.

Confiteor, Eum esse filium vnigenitū Dei Patris omnipotentis, ante sæcula natum.

CXVI

Quid est Dominum nostrum?

Respondeo

Confiteor, Quod Iesus Christus sit Dominus noster, Qui nos tuetur ac defendit aduersus omnia mala atq; pericula, quibus obnoxij sumus, propterea quod & Satanę

ARTICVLI FIDEI

Satane, & peccati, & nostræ ipsorum carnis insidijs dies noctesq; impetimur. Nec desinit nos curare ac defendere, donec a mortuis in nouissimo die resurgamus.

CXVII

Quid est? Qui conceptus est de Spiritu sancto, Natus ex Maria uirginē

Respondeo.

Confiteor eundem filiū Dei vnigenitū, non modo verum Deum esse, Sed etiam verum hominem ex eodem nobiscū carne & sanguine factum esse, Sed sine peccato tamen, conceptum ex spiritu sancto, & natum ex uirgine Maria.

CXVIII

Quid est? Passus sub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus & sepultus, Descendit ad inferos

Respondeo.

Confiteor, Quod deus suum vnigenitū filium in Cruce mori voluerit, qui voluntati Patris obediens ipsius mortis angustijs, & omnem vim inferni contra se armatam

cam

ARTICVLI FIDEI.

tam sensit atq; perpeffus est, Sed ita de
omnes eorum vires vicerit atq; contude-
rit, ut nos deo reconciliati omniū nostrorū
inimicorum Domini essemus.

Confiteor etiā qd' extra hanc mortem
filij Dei Iesu Christi, Domini nostri, nullis
suis operibus aut meritis credo ullum ho-
minem consequi posse, Remissionem pec-
catorum aut vitam æternam.

CXIX

Quid est Tertia die resurrexit a
mortuis? Respondeo

Credo & confiteor, Iesum Christū, car-
nem nostram & sanguinem nostrū a mor-
tuis excitatum de omnibus nostris inimi-
cis triumphasse, ne amplius nobis nocere
possint, Et quemadmodum Deus suum
filium breui tempore in faucibus mortis
hærentem, per resurrectionem a mortuis
mirabiliter glorificatum reddidit, ita cre-
do fore, vt nostrę quoq; infirmitati in mes-
su mortis & inferni futurus sit auxilio.

CXX

Quid est Ascendit ad cœlos, se-
dens ad dexteram Dei Patris om-
nipotentis? Respon.

ARTICVLI FIDEI

Credo & confiteor, quod Iesus Christus, is qui in Cruce eo redactus erat, vt ne speciem quidem hominis in eo reliquam dixisset, vna cum carne mea & sanguine meo sublatus in coelum æquali potentia cum Patre omnia regat atq; gubernet, Sitq; iam Rex & Dominus omnium rerum, quæ sunt in coelo & in terra.

C XXI

Quid est Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos?

Respondeo.

Credo & confiteor, Quod Iesus Christus crucifixus, sit uenturus in nouissimo die, vt condemnet eos, qui in eum non crediderunt, & perpetuam vitam donet ijs, qui sola ipsius gratia & bonitate confisi sunt.

CXXII

Quid est Credo in spiritum sanctum?

Respon.

Confiteor Spiritum sanctum a Christo in terras missum esse, qui animos infirmos erigat, conscientias dubias & perterrefactas consoletur, Desperabundis & labentibus

ARTICVLI FIDEI.

bus manum porrigat, instet, agat, impellat
(Ideo enim est παρακλητος) vt fortiter
omnia mala atq; pericula perumpamus.
Ac breuiusculum superest temporis, cum
exempti omnibus calamitatibus, melius
habaturi sumus. Interea spiritus sanctus
adiuuat nos in tollerandis hisce miserijs, &
assiduis precibus interpellat pro nobis.

CXXIII

Quid est Sanctam Ecclesiam
Catholicā, Sanctoꝝ cōmunionē?
Respondeo.

Credo quod Spiritus sanctus ex Iudæis
simul & gentibus congregauerit populū
Deo sacrum, qui eundem baptismū, Ean-
dem fidem, Eundem Deum ac dominum,
& eundem spiritum habeat, ita vt, vbi-
cunq; terrarum sint Sancti, nullum inter
eos sit discrimen in ijs rebus, quas dixi,
Idem enim tenent, idem credunt Sancti,
qui in India & Persia viuūt, quod nos, qui
ad occidentem aut aquilonem habitamus.

CXXIII

Quid est Remissionem pecca-
torum? Respō.

ARTICVLI FIDEI

Credo, Quod Deus hominibus eam concesserit potestatem, vt per verbum Euangelij alter alteri peccata remittere possit, neq; id tantum septies, sed septuagies septies, id est, vt nullus inter homines remittendi peccata sit modus, Adeo vt quotiescunq; opus est, Remissio nobis parata sit. Nullum est tempus, quo non peccemus. Nullum vicissim tempus reliquit Deus, quo remissio peccatorum, quod est fundamentum Ecclesie, cessare debeat.

CXXV

Quid est Carnis resurrectionem?
Respondeo.

Credo fore, vt hoc corpus meum, quod morti & corruptioni destinatum est, iterum excitatum glorificetur in nouissimo die.

CXXII

Quid est Et uitam æternam?
Respondeo

Credo quod eadem caro mea consumpta a vermibus, sit perpetuo cum Deo victura. Fortiter itaq; hoc fero, quod propter Euangelium & Ecclesiam Dei, & propter remissionem

ARTICVLI FIDEI.

Remissionem peccatorum, quam consecutus sum, hanc miserrimam vitam meam cogor relinquere, & cum opus est perdere

CXXIII

Quomodo conuocatur Ecclesia
Respondeo.

Per verbum Euangelij. Ephes. I.

CXXIII.

Quomodo conseruatur? Resp

Per idem verbum Euangelij de remissione
ne peccatorum & per fidem.

CXXV

Quo autore? Respondeo

Spiritu sancto, qui vtrunq; in nobis effi-
cax reddit, & Euangelium de remissione
peccatorum, & fidem, adeo vt contra hæc
ne portę quidem interorum præualere possint.

CXXVI

Vnde accipimus spiritum sanctum?
Respondeo

Christus sua morte & sanguine meritis
G est,

ARTICULI FIDEI

est, vt nobis mitteretur. Iuxta illud, Ascensus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

CXXVII

Vnde accipimus fidem?

Respondeo.

Pater trahit cor impium, & aspergit sanguine sui filij Iesu Christi. Ita incipit credere, & agnoscere suam impietatem, Incipit etiam agere poenitentiam, & cauere summo studio, ne quo modo posthac offendant eum, qui vltro tantam sibi culpam condonauerit.

CXXVIII

Quomodo fit ea conspersio?

Respondeo.

Deus per verbum Euangelij prædicat mundo mortem & resurrectionem Christi filij sui, & testatur propter hunc ipsum se velle nobis esse propitium. Hoc verbum qui accipit, eum pater cum Christo coniungit, & omnium meritorum Christi participem facit.

CXXIX

Quibus uerbis hæc fit prædicatio?

Respondeo

ARTICVLI FIDEL.

Respondeo

Roma. iij. Iustificamur gratis per ipsius gratiam & redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius, vt ostenderet iusticiam suam per remissionem peccatorum præcedentium, quæ tolerauit Deus, vt ostenderet iusticiam suam in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi.

Hebræ. xij. Accessistis ad mediatorem noui testamenti, Iesum, & ad sanguinem aspersionis, melius loquentem, q̄ Abel.

Iohan. I. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Ro. viij. Quod si proprio filio suo non pepercit deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit?

Item, Eius liuore sanati sumus, & propter scelus populi sui percussit eum.

CXXX.

Christus igitur, quantum audio, mecum fecit permutationem, ut pro mea infamia suam mihi

G ij conferret

ARTICVLI FIDEI.

conferret gloriam?

Respon

Sic est, vt dicitis.

CXXXI

Quomodo fit hæc permutatio?

Respondeo.

i. Corinth. i. inquit Paulus, Christus factus est nobis a deo sapientia & iusticia & sanctificatio & redemptio, vt ego de illius sapientia & iusticia non minus q̄ de mea gloriari possim. Quotiescunq; igitur mea iniusticia & peccatum perturbat animum meum, Reñcio me in Christi iusticiam, cui dum innitor, molliter & secure viuo.

CXXXII

Ita nos a Romano Pontifice nunq̄ docti sumus?

Respondeo.

Quin nihil magis est huic nostre doctrinæ contrarium. Papa enim docuit nos ita fieri iustos coram Deo, & dignos gratia, si & contriti & confessi essemus nostra peccata, & nostris quibusdam satis factionib. expiassemus. Sed Euangelium primum de satisfactione Christi concionatur, qua pro nostris

ARTICVLI FIDEI. 7.

nostris peccatis est satisfactū, & quod nos deo sumus reconciliati, cum adhuc inimici eius essemus. Deinde etiam prædicat Euāgelium poenitentiam, vt omniū Apostolorum scripta testantur.

CXXXIII

Dic unum aliquod testimonium.

Respondeo.

Paulus ad Romanos primum omnium disputat, quo pacto homines fiant filij & hæredes dei. Deinde addit etiam adhortationes, vt pñ iam deinceps non indulgeant ocio & securitati, Sed vt in nouitate vite ambulantes exhibeant corpora sua hostiam viuentem, sanctam, Deo placentē &c. Denicq; eodem animo ergo alios sint affecti, quo Deum erga se esse experti sunt.

CXXXIIII

At hæc si in uulgus prædicentur, periculum est, ne homines fiant deteriores, & abutantur hac libertate, de qua docet Euangelium.

Respondeo.

G iij Nihil.

ARTICVLI FIDEI

Nihil hoc veritus est Paulus Apostolus, sed verbum de resurrectione & satisfactione mortis Christi libere & Iudæis & gentibus sine lege prædicauit. Nam si prius legibus homines coercere, & magnitudine peccati ac metu iudicij dei terrere uoluisset quorsum opus fuisset, ut dicerent, Faciamus mala, ut eueniant bona.

CXXXV

Cum itaq; multi abuntuntur hac libertate Euāgelij. Qua re nos hic consolabimur? Resp.

ij. Timoth. ij. inquit Paulus, Fundamentum dei firmum consistit, Estq; eius sigillum eiusmodi. Dominus nouit eos, qui sunt, & discedat ab iniquitate, quicunq; inuocat nomen Christi.

CXXXVI

Declara mihi dictum Pauli. Mundus in sapientia sua dei sapientiam non cognouit. Voluit igitur deus per stultam prædicationem saluos facere credentes.

Que

ARTICVLI FIDEI.
Quę est sapientia Dei?
Respondeo.

Sapientia dei erat notitia, quam Deus
indidit mentibus hominum de Deo, &
omnibus honestis actionibus iusticie atq;
iniusticie regula, lubens recte facere & ve-
rans delinquere, Ea cum vitio nature ita
obscurata esset, vt facile ab hominum ma-
litia vinceretur, cępit deus aliud consiliũ
vt certum sibi eligeret populum, cui eas-
dem leges, multo clarius & copiosius scrip-
tas ferret, vt certi essent de voluntate Dei.
Et quid ab illis requireret Deus. Sed ea in-
re, & oleũ & operam (quod aiunt) perdidit

CXXXVII

Qua ratione deus præfuit isti po-
pulo? Respondeo

Nulla re alia, nisi sapientia. i. Summa se-
ueritate pœnarum, nisi ipsius legi obedia-
rent, atq; se pro vero deo cœli & terre se-
dulo colerent.

CXXXVIII

Quę est mundi sapientia?
Respondeo.

Qua stacuis mundus, Deum mirius se-
G iij cum

ARTICULI FIDEI.

cum acturum esse, neq; sic omnia pro suo iure agere, si se amaret. Hoc quancp indigne fert, tamen eodem modo suis rebus consulere conatur. Constituit igitur omnis generis supplicia, quorum metu homines in officio retineantur.

CXXXIX

Quæ est stulta prædicatio?

Respondeo.

Sensit deus verū esse, quod dicitur, Quæ metuunt, oderunt &c. Ia mehr schlege ia feuler, Mutato igitur consilio, quia priore non successerat, alia rem aggressus est via, Sic secum cogitans. Age iam amore atq; beneficio homines demereri, mihiq; ad iungere conabor, Donabo eis filium meū, qui optimam meam eis voluntatem reuelet. Stulte hoc factum esse pleriq; iudicabunt. At hoc mihi nunc facere sic libet. Cupio esse affabilis, & omnib. benigne facere, & bene procedit.

CXL

Proficit ne aliquid Deus hac stultitia?

Respondeo

Imo perficit, & quidem omnia..

Quomodo

ARTICVLI FIDEI.

CXLI

Quomodo?

Respon.

Cum populum suum Israel percuteret Deus, cepit Israel fugere deum, vt inquit Esaias. At postq̄ homines de infinita Dei bonitate & amore erga se incredibili facti sunt certiores, magna quadam vi ruunt vltro in regnum caelorum, & huius spe magna cum voluntate sua sponte in capitis & omnium suarum rerum discrimen se conijciunt, qui nullis supplicijs antehac potuerunt, vt hoc facerent, cogi.

CXLII

Intelligit ne hoc mundi sapientia?

Respondeo

Nihil minus, Existimat enim summam esse stultitiam, si quis velit beneficijs homines ab improbitate reuocare, cum hæc sit summa Dei sapientia.

CXLIII

Nihil ne bonorum operum a nobis vicissim requirit Deus?

Respondeo.

Nihil, quod ad ipsum attinet. Nihil em̄

G v cte

ARTICVLI FIDEI.

est, quod possimus ei reddere, quin sit ipa-
sius. Illud vero vicissim a nobis postulat,
vt propter ipsius erga nos voluntatem,
omnibus hominibus, quantum possu-
mus, prodesse conemur, vt nostro
exemplo ipsi quoq; inuidentur ad cogni-
tionem bonę voluntatis dei & ad pietatem

CXLIII.

Quo amore uult Deus amari
proximum?

Respon.

Vt æque illum ac me ipsum diligam.

CXLV

Quomodo diligo meipsum?

Respondeo.

Vellem me ab omnibus coli, adiuuari,
ad iungi, vt quouiescunq; opus sit, & auxi-
lij mihi & consilij esset copia. Nihil meo
corpori deesse patior, quod ad alendum,
vestiendum, curandum illud pertinere vi-
deatur. Idem deus requirit vt erga proxi-
mum faciamus, & existimat sibi ipsi factū
esse.

CXLVI

Quod est discrimen Legis & E-
uangelij

ARTICVLI FIDEI.

uangelii?

Respondeo

Lex inquit, Dilige deum super omnia, aut actum est de te. Euangelium vero docet deum non posse a nobis pro merito ac dignitate diligi, Et illud saltem velle eum, ut agnoscamus, quantopere nos ipse diligat, & reliqua officia ipsius nomine in proximum conferamus.

CXLVII

Recita Scripturam?

Respondeo.

Gala. iij. Nunc cognouistis Deum, Imo cogniti estis a deo.

i. Corinth. viij. Si quis diligit deum, is cognitus est ab eo.

i. Corinth. xij. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.

CXLVIII

Meretur ne aliquid coram Deo
mea dilectio?

Respondeo

Non, Sicut enim ea re nihil mereor coram Deo, quod mihi & saluti meae prospicio, ita nihil est, quod merear in officiis, que in proximum ex debito, & pro huius vite necessitate, confero. Quid

ARTICVLI FIDEI.
CXLIX

Quid ita? Respondeo
Quia iam fide in Christum factus sum
filius & hæres omnium bonorum Dei.
Nihil igitur restat amplius, quod mereri
possim. Quia vero vita mea non est iam
mea, sed Christi, qui in me viuit, tantum
ad aliorum hominum vsum & necessita-
tem conferri debet.

CL

Quod est obiectum fidei?
Respondeo.
Deus promittens remissionem peccato-
rum & alia vitæ commoda.

CLI

Quod est obiectum charitatis?
Respondeo.
Proximus.

CLII

Quibus rebus constat vita Chri-
stiana? Respondeo.
Fide & charitate, Per fidem deus appres-
henditur & habitat in nobis, illuminat
nos.

ARTICVLI FIDEI

nos. Charitas efficit, vt eadem per nos,
tanquam per instrumentum, ad proximū
perueniant.

CXLIII

Quę sunt uere bona opera?

Respondeo.

Quę fiunt ad proximi utilitatem.

CLIII

Cui igitur profunt monachorum,
& reliquę Papisticę turbę opera?

Respondeo.

Ipsis tantum, non alijs, Non sunt igitur
bona opera, nec Deo grata.

CLV

Recita Scripturā.

Respō.

Matth. xv. inquit Christus, Populus hic
labijs me honorat, cor autem ipsius longe
est a me, Frustra colunt me mandatis ho-
minum &c.

DE CRUCE

DE CRUCE ET
afflictione.

CLVI

A quo oriuntur omnes afflictio-
nes humanæ? Respō.

A voluntate Dei, sine qua nocere nobis
nihil potest.

CLVII.

Proba hoc aliqua sententia scrip-
turæ? Respon.

In libro Iob inquit deus, Non quasi cru-
delis suscitabo Behemoth.

Paulus inquit, Fidelis Deus, qui non si-
nit vos tentari ultra, q̄ ferre potestis.

Matth. iij. Ductus est Iesus in desertum
a Spiritu, vt tentaretur a Diabolo.

CLVIII

Cur patitur Deus nos affligi?
Respondeo.

Nostri causa, vt videlicet exerceat fis-
dem nostram, quæ in afflictionibus cum
expectatum auxilium dei sentire cepit,
mirum in modum confirmatur. Neq; em̄
pariter

DE CRUCE ET AFFLIC.

patitur nos optimus pater in afflictionibus perire. Iuxta illud Pauli. i. Corinth. x. Fidelis deus, qui non patitur vos tetricari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Item in libro Iob, Qui fecit eum, applicabit gladium eius.

CLIX

Sunt ne igitur omnes afflictiones a deo: siue ille sint corporales, siue spirituales?

Respondeo.

Ita est, vt dicis, Non est igitur indigne & iniquo animo ferendum, sed fortiter, quidquid aduersi acciderit, tolerandum.

CLX

Recita Scripturam Respō

Roma. xij. Vt probetis, que sit voluntas Dei bona, bene placens & perfecta.

Psal. xxvij. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

DE ORA

DE ORATIONE

CLXI

Cuius mandato orandum est?

Respondeo.

Christi, cum inquit Iohan. xvi. Hacten⁹
non peristis quidquā. Petite & accipietis.
Amen dico vobis, Quidquid pecieritis a
Patre in nomine meo, dabit vobis.

CLXII

Quid est orare?

Respon.

Boni aliquid fide a Deo petere.

CLXIII

Quare dicis fide?

Respō.

Quia fide tribuitur hic honos deo, quod
sit verax, & seruans promissionum. Alio-
qui Deum arguimus mendacij, Quę est
summa Dei blasphemia.

CLXIII

Quis docet me, quę sint a Deo
petenda?

Respondeo

Omnia bona corporalia & spiritualia,
Primum

DE ORATIONE.

Primum remissionem peccatorū, Deinde reliqua vitę commoda, quę breuiter, tanquam in fasciculo quodam complexus est Christus in oratione, qua nos vti voluit, cum ait ad discipulos suos. Cum oratis, dicite, Pater noster, qui es in cœlis, Sanctis ficeur nomen tuum &c.

CLXV

Declara mihi obsecro singula eius orationis membra q̄ breuissime?

Respondeo.

Ne quid in me desideres, hanc quoq; operam tibi dare non grauabor. Recita tu, Ego rotunda interpretatione & simplici te subsequar.

CLXVI

Recita.

Quid est? Pater noster, qui es in cœlis. Respondeo

Quia vere es Pater & paterno ergo nos animo & voluntate affectus, nihil erit, quod nobis tuis filiis non velis largiri. Cum sis in cœlis dominus omnium, &

H sumus

DE ORATIONE

Summam etiam habes facultatem prestandi, quod petimus.

CLXVII

Quid est? Sanctificetur nomen
tuum. Respondeo

Fac ut vere te agnoscamus, ut ex te inser nos vera doctrina de nomine tuo, ut pro infinita tua bonitate & misericordia agamus tibi gratias, & inuocemus nomen tuum, cum affligimur.

CLXVIII

Quid est? Adueniat regnum
tuum. Respon.

Da nobis Spiritum Sanctum, qui efficiat, ut verbo tuo credamus & vere iustificemur.

CLXIX.

Quid est? Fiat uoluntas tua.
Respondeo.

Effice, ut tuę uoluntati non repugnantes omnia, siquidē aliter, ac nos volumus, accidunt, patienter feramus, neque refugiamus obedientiam spiritus.

CLXX

Quid

DE ORATIONE.

Quid est? Panē nostrum quod
tidianum da nobis hodie.

Respondeo.

Suppedita nobis omnia, quę ad hanc
vitam nobis sunt necessaria, bonos, pios
& sapientes principes ac magistratus, qui
bene & feliciter pręsint, pacem & concors
diam civium, bonam valetudinem, per
quam & alijs & ijs, qui nobis commissi
sunt, vt coniugibus & liberis & amicis,
inservire possimus, vt victum, amictum
& alia vitę commoda habentes, honeste
cum alijs vitam nostram transigere possi
mus pro ratione dimensi nostri, quod a te
petimus Pater.

CLXXI.

Quid est? Dimitte nobis debi
ta nostra, sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris.

Respondeo.

Cum animo metimur Pater, quantum
nos tibi debeamus, & quantum alijs nobis
Tum plane obstupescimus, propter debi
torum ingentem magnitudinem, Proinde

H ij te rogas

DE ORATIONE

et rogamus, ut pro tua perpetua erga nos
misericordia, nostrę stuititię in tua sapiens
tia aliquid sit presidij nobis in cęlo. Intes
rim ex animo & libenter condonare vo
lumus, quidquid hoc erit, quod contra
nos commissum est, ijs qui nos offenderunt
in terra.

CLXXII

Quid est? Ne inducas nos in
tentatione. Respondeo

Tuere atq; defende nos contra omnes
omnium inimicorum, & corporalium &
spiritualium insidias, ne in ijs pereamus.

CLXXIII

Libera nos a malis

Respondeo.

Quidquid est, quod vel animo, vel cor
pore nobis nocere potest in hac vita, ab eo
nos liberos aliquando & immunes redde,
Ut sunt turpis egestas, Turpitude familię
& spiritus morborum omnium, Amen.

DE LEGE

DE LEGE MOYSI.

CLXXIII.

Obligat ne lex Moysi Christianos?

Respondeo.

Christiani non Legibus coacti, sed sua sponte faciunt ea, quæ requirit Deus, Sunt enim per spiritum libertatis Christi obligati, Sunt igitur liberi a lege. Iusto enim non est lex posita. Præterea Euangelium non est Euangelium, cum more legis cogit homines ad obediendum.

CLXXV

Quis igitur est usus legis Moysi?

Respondeo.

Sicut alijs rebus & bonis dei creaturis, Sic etiam lege utuntur Christiani, sine incommodo suæ conscientie, ad gloriam dei ad suam & aliorum necessitatem quotiescunq; opus est. In summa, Sicut Græcis & Romanis, ita etiam Moysi præceptis ea conditione utuntur Christiani, ne conscientie laqueus iniiciatur.

CLXXVI

Ad quem usum Iudæis data est Lex Moysi?

Respon.

H iij

Vt esset

DE LEGE MOYSI.

Vt esset eis forma administrandæ sue
Reipublicæ, Sicut enim Romani & nos
Germani, imperatorijs legibus viuimus,
ita Iudæi legibus a Moyse latis uteban-
tur in externa & politica vita. Ergo ad nos
Gentes qui proprijs legibus utimur, nihil
pertinet, Act. xv.

DECALOGVS.

CLXXVII.

Declara mihi singula præcepta
Nam mirum est potuisse Moysen,
tam breuib. uerbis complecti tanquã
decem Aphorismis omnium legum,
quæ unq̃ fuerunt atq; erunt, fontes
& capita? Respondeo.

Fiat, Verba legis tu commemorabis
ordine. Recita.

CLXXVIII

Quid est? Non habebis deos
alienos coram me.

Respondeo.

Ego ero

DE LEGE MOYSI.

Ego ero deus tuus, Si quid desideras vlla
in re, ad me vnum confugito, & auferes,
quod voles, ne retice ne verere, Si quid
deest, fac sciam, neq; dando, neq; confus
lendo tibi deero.

CLXXIX

Quid est? Non assumes nomē
domini dei tui frustra.

Respondeo.

Vnum tantum nomen est sub caelo, per
quod omnes nos seruari necesse est, huius
verus vs⁹ salutē affert. Abusus ecōtra ma
lum conciliat, Est autem ei tribuenda fidus
cia & inuocatio in calamitatib. & morte,
agende sunt huic gratiae, pro liberatione,
Adeo ut per illud & queramus & inuenia
mus semper consolationem, quacunq;
etiam nos feriat fortuna.

CLXXX

Quid est? Sabbatum sanctifi
ces.

Respondeo

Nihil tuo ipsius consilio, sine vocatione
Dei suscipies, Sed expectandū erit tibi
mandatum Domini, Eriam si fieri possit,

H iij . . . vt per

DE LEGE MOYSI.

vt per te totus mundus ad deum conuersatur.

CLXXXI

Quid est? Honora patrem & matrem. Respondeo.

Parentibus eandem gratiam referes, quā accepisti, vt vicissim eos alas, cum conseruauerint, neq; quidq; eis deesse patiaris, memor illi⁹ quod dicunt το αΝΤΙ ΤΕΛΑΡΥΕΙΝ & quales etiam fuerint, dices, pauperes nobiles, ignobiles, sapientes, stulti, statuas eos tibi diuinitus contigisse.

CLXXXII

Quid est? Non occides. Respondeo.

Erga omnes homines te mitem ac beneuolum præbeas, neq; vllam odij aut irascundiae significationem præ te feras, neq; corde, signo, verbo aut opere.

CLXXXIII.

Quid est? Non mœchaberis. Respondeo.

Nihil cogites, dicas aut facias quod sit contra

DE LEGE MOYSI.

contra verecundiam, quæ per omnia decet
hominem, maxime vero Christianum.

CLXXXIII

Quid est? Non furaberis.

Respondeo.

Neminem tui lucri aut commodi causa
circumuenias, Nam in negotio posthabitis
quas extreme odit malis artibus, facile da-
bit deus, quo honeste vitã cum tuis transi-
gas. Est enim dator bonorum, & experies
illis illorum furum possessiones atq; facili-
tates non peruenire ad tertium aut quartum
Hæredem.

CLXXXV

Quid est? Non loqueris con-
tra proximum tuum falsum testi-
monium.

Respon.

Nihil dicas in quenquam, quod eius vel
rem vel dignitatẽ ledere possit, Sed auge,
quantum in te est, vniuscuiusq; existima-
tionem & ex superiore & equo loco. Infamiam
eius obtegias, damnum cum potes,
ne accipiat cauebis, Deniq; commodabis
fortunis eius omnib.

H v Non

DE LEGE MOYSI.

CLXXXVI

Quid est? Non concupisces domum proximi tui.

Respondeo.

Ea sorte, quæ tibi contigit, contentus uiueto, neq; alteri inuideas, si quid amplioris in eum fortunæ deus contulerit, vel in bona corporis valetudine, vel honorû gradib. vel bona inter homines gratia aut fauore.

CLXXXVII.

Quid est? Non desiderabis uxorem proximi tui, nec seruum, nec ancillam, nec bouë, nec asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Respondeo.

Spera in deo, & cõmenda illi viam tuã, neq; committe, vt vllam creaturam pluriã facias, ita vt te a cultu veri dei abducat.

CLXXXVIII

Discerne hæc præcepta.

Respondeo.

Tria præcipiunt, quos cultus deo debeamus

6118

DE LEGE MOYSI.

mus, Reliqua vero admonent nos de officijs ergo homines cum quibus viuimus.

CLXXXIX.

Quomodo pertinent prima tria præcepta ad cultum Dei?

Respondeo.

Primum præcipit de gloria Dei.

Secundum de nomine Dei.

Tertium de operibus Dei.

CXC.

Quomodo reliqua ad proximum pertinent? Respondeo

Quartum præcipit de obedientia erga superiores tanq̃ fiat Deo, & in œconomica & politica administratione.

Quintum de defendenda salute proximi.

Sextum, vt tueamur eius coniugem, & liberos, quibus post salutem suam nihil habet charius.

Septimum, ne de facultatibus proximi aliquid detrahamus.

Octauū, vt famam & honestam proximi existimationem conseruemus.

Nonum,

DE LEGE MOYSI.

Nonum, vt fortunam proximi nostram esse ducamus.

Decimum, vt omnia eius negocia totius vitæ promoueamus.

CXCI

In summa, quis est usus totius scripturæ sanctæ?

Respondeo.

De quo docet Paulus. ij. Timor. iij. Omnis scriptura, diuinitus inspirata est utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iusticia, vt integer sit dei homo, ad omne opus bonum paratus. Primum itaq; omnium docendi sunt homines, Deinde arguendi si qui doctrinam aspernantur.

CXCII.

Quid est id, quod hominẽ Christianum efficit? Respon.

nota. Sac.
Nomen, hæreditas & diuitiæ solius Christi, Sicut enim ciuiler & nomen & hæreditatem paternam consequitur filius, ita etiam Christianus & nomen & quidquid habet

DE CHRISTIANA IVSTITIA
habet præterea, id omne a Christo est con-
secutus

CXCIII

Quæ est Christi hæreditas?
Respondeo

Ad Corinthios scribit Paulus, Christus
factus est nobis sapientia & iusticia, & sanc-
tificatio & redemptio, Nobis, inquam factus
est, Ergo hæc omnia nostra iam sunt
propria. Nam quod ipse natura habet, hoc
nobis contigit per gratiam.

*ex gratia
nobis hæc
contingunt*

CXCIII

Quomodo hæc res geritur?
Respondeo.

Cum angor animo propter peccatum,
& imbecillitatem carnis meæ, quæ me ad
metum iræ dei & desperationem adigere
conatur, Relictis his omnibus in Christi
humeros me conijcio, atq; ex eius iusticia,
quæ mea propria est, consolationem peto.
Huic abunde est, quod mihi deest. Ita se-
curus in Christi iusticia, sapientia & res-
demptione conquiesco, postquam hæc
bona omnia nobis a deo in Christo donata
sunt, & concessa sunt.

Est ne

DE CHRISTIANA IVSTITIA.
CXCV.

Est ne aliquid amplius cum Christo nobis commune?

Respondeo.

*Hos sunt
generatio*
Christus est primogenitus ille filius Patris, cui primum debetur regnum & sacerdotium. Nos, qui sumus secunda generatio, per illum sumus participes regni & sacerdotij.

CXCVI.

Quomodo?

Respon.

Quando mea iniusticia atq; peccatum meam perturbant conscientiam, Cū meis ipsius me terret infirmitas, cum captiuitas mea me demergere conatur ad condemnationem, Adeo vt debeam in consiliū mearum cogitationum adhibere metum atq; desperationem, Tum conijctio me plena fiducia in diuitias Christi quę meę sunt proprie. Quod enim deest mihi, abunde est in illo.

Præterea conquiesco tanq̄ in meris delictis, In Christi sapientia, iusticia, redemptione & sanctitate, siquidem hæc omnia quę scriptura commemorat in Christo, a Deo gratuita liberalitate nobis donata & concessa sunt.

Recita

DE CHRISTIANA IVSTITIA
CXCVII.

Recita testimonia Scripturę

Respondeo

Pfal. viij. Constitues eum dominum super opera manuum tuarum, Omnia proiecisti sub pedes eius.

Pfal. lxxvij. & Ephe. iij. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus.

Colof. ij. Ne quis iudicet vos in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut nouilunij, aut Sabbatorum.

Matth. xv. Quidquid in os ingreditur, non coinquinat hominem.

Matth. xij. Dominus est filius hominis etiam Sabbati.

CXCVIII

Quomodo probas Christi res tuas esse, & te esse earum dominum?

Respondeo

Roma. viij. inquit Paulus, Cum Deus filium suum pro nobis tradiderit, qui potest fieri, vt non cum eodem omnia nobis donauerit.

Quomodo

DE CHRISTIANA IVSTITIA.
CX CIX

Quomodo Christus est Sacerdos? Respondeo.

Ipsē assidue pro nobis interpellat apud patrem, eumq; reddit nobis placatum, ut remittat nobis peccata, Ad eundem modum nos quoq; qui omnia, quę sunt Christi, nostra esse statuimus, per fidem habemus per Christum liberum accessum ad Patrem, & summam potestatem pro nobis & alijs orandi, deniq; etiam remittendi peccata inter nos mutuo, cōsolandi, docendi & iuuandi, ac si Christus ipse adesset.

CC.

Recita Scripturam? Respondeo.

Roma. iij. Quem Deus proposuit propiciatorem per fidem in eius sanguinem.
i. Iohan. ij. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, qui est propiciatio pro peccatis nostris.

Heb. vij. Hic vero cum maneat in æternum, perpetuum habet sacerdotium, vnde & saluos in æternum facere potest, qui per
ipsum

DE CHRISTIANA IVSTITIA.
ipsum adeunt Deum, semper vivens ve
interpeller pro illis.

CCI.

Proba idem de nobis?

Respondeo.

Roma. viij. Quod si filium nobis tradi-
dit, quomodo fieri potest, vt non omnia
cum illo nobis donauerit?

CCII

Quid ergo sequit ex definitione
hominis Christiani?

Respondeo.

Quod proficisci peregre & inuisere loca
Sanctorum Petri & Pauli, urbem Hiero-
solimorum & tenebras Iacobi Apostoli in
Compostella (quod vocant) faciat peregr-
natorem, Rhomanistam, fratrem Iacobi-
tam, Sed non Christianum.

Idem iudicabis de reliquis exercitijs
Rhomanistarum, Legere horas Canonis-
cas, facit Lectorem horarum Canoniarum,
minime vero Christianum.

Celebrare missam, legere Vigilijs, facit
quidem Missatorem & Lectorem Vigilia-
rum,

DE CHRISTIANA

rum, Sed non hominem Christianum.

Templum aut aram condere, efficit ut appelleris templi & aræ extractor, sed non Christianus.

Abstemium esse & ieiunare, facit te abstemium & parce cibo utentem, minime Christianum.

Cucullus facit cucullatum, statuta Ordinis & Monasterium, faciunt nunc Carthusianum, Nunc Dominicaltrum, paulo post Benedictinensem, aut Franciscanum, Monachum aut Monialem siue Beguttam, Sacerdotium Sacerdotem, Rasura rasum facit, Non Christianum.

Suppeditare sumptibus pauperib facit Adiutorem & patrem pauperum, Non Christianum.

Ad summam, vnus Christi nomen atq; bona quę confert spiritualiter credentib. vt supra cōmemorauimus, efficiunt vere Christianum, videlicet cum per ea & in ijs totum Christum consequuti sumus atq; per fidem induimus. Externa vero exercitia nihil conferunt ad cordis iusticiam, quę est verus Christianismus, Nam Operator est Operator tantum, Non Christianus.

CCIII.

Recita^r

Respon.

IUSTITIA.

Iohan. i. Qui neq; ex sanguinib. neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Nempe qui credunt in nomen eius.

i. Ad Timoth. iij. Corporis exercitatio ad modicum utilis est, Pietas autem ad omnia utilis est, Promissionem habens huius & future vitę.

Et Christus damnat in Mattheo Hypocritas, eo quod recitent in plateis longas preces, quod sunt multiloqui, quod velint conspici ab hominib. quod largiuntur elemosynas, & iubent tubis cani ante eos, quę tamen exercitia sunt summa exercitia.

CCIIII

Dic clarus?

Respondeo.

Fiet.

Vtar hac similitudine interim, Quem admodum is qui fabricam, architectonicam aut aliud genus opificij manuarij exercet, ne opinionem quidem induit, quod isto suo labore sit consequuturus vitam æternam, Sed tantum vt habeat certum studium, certum vitę genus, quo sese & familiam, uxorem & liberos honeste alere & ad pietatem pro modulo suo formare possit vt testetur se vixisse & sua opera consus-

I ij luisse

DE CHRISTIANA

luisse quid debuerit & potuerit.

Ita omnia exercitia corporalia, Omnia opera qualiacunq; optima quę habent etiam mandatum Dei, nihil profunt ad promerendam vitam æternam, Sed sunt testimonia spiritus operantis in nobis.

CCV.

Ergo docebis homines ocium & cessationem? Respon.

Neutiq; sed fiducię in Christum, Hoc est pietati & corporalib. exercitijs suū dimensum tribuendum est, ne cum periculo salutis errare nos contingat.

CCVI

Quomodo? Respondeo.

Christo est tribuendus honos mediatoris, ita vt non desinat esse mediator etiam cum iam renouati sumus. Imo vt sciamus ea quę facimus omnia, gratia esse etiam si magna sit adhuc in nobis imperfectio, propter Christum, propter quem placeamus Deo, Ita vt non imputet nobis illam imperfectionem. Ergo

IVSTITIA.

CCVI

Ergo sunt grata & non grata, no-
stra opera? Respon.

Recte intelligis, Nam in Paulo renato
gratum est Deo, quod docet gentes Euan-
gelium, propter Pauli personam que est accep-
ta deo non propter opus quod fit a Paulo
In impio vero nullum opus quantumvis
sanctum in speciem est gratum Deo, quia
persona non placet Deo.

CCVII

Doce scripturis sanctis, Ad quid
fieri debeant corporalia exercitia
& uocationis opera?

Respondeo

Primo debent fieri ad gloriam Dei, Sic
enim ait Christus in Mattheo, Sic luceat
lux vestra (Lucem autem vocat cognitio-
nem Euangelij, qua regeneramur) ut vis-
deant homines vestra bona opera, & glo-
rificent patrem vestrum qui in coelis est.

Deinde ut certam faciamus nostram vo-
cationem, & ut probetur fides nostra, Qui
enim fideliter seruiunt docendo, in bonum
sibiipsis acquirunt in pietate gradum, ad
Timoth.

I iij

Quam

DE CHRISTIANA
CCVIII

Quam uellem, aduiceres his scrip-
turae locis, Doctorum Ecclesiasti-
corum testimonia?

Respondeo.

Hylarius super Psal. CXXXIII. Sed
totum hoc ad clarificandum in se Dei no-
men expectet, ut propter honorem Dei
nominis, in terra recta esse statuatur.

Augustinus, Omnis ergo Christianus,
cui iam donatum est, posse per gratiam ut
Dei faciat voluntatem abundare debet
in operibus bonis, quia labor eius non erit
inanis in domino, Sic tamen ut non in se,
sed semper in domino gloriatur, Cuius ut
dixi gratia eruditur, Abnegare impietatem,
& renunciare mundanis concupiscentiis &c.

Item Augustinus, Qui & ipso Diabolo
utitur pessimo, Sed optime ad exercendam
& probandam fidem & pietatem, bonorum, Non
sibi, qui omnia scit antequam fiant, Sed nobis,
quibus erat necessarium, ut eo modo age-
retur nobiscum.

Item, Ideo necessarium est homini ut
gratia Dei non solum iustificetur impius,
id est, ex impio fiat iustus, cum redduntur
ei bona

DE IVSTITIA

ei bona pro malis, Sed etiam cum fueris
iam iustificatus ex fide, Ambulet cum illo
gratia & incumbat super ipsum ne cadat.

CCIX

Quomodo hæc ad usum sunt trās
ferenda? Respondeo.

In omni vita & omnibus negociis & acri
meditatione & exercitatione assidua harū
rerum opus est.

CCX

Quid respondebo, cum mihi Sy
nodorū, Scholarum, & tot Do
ctorum uirorum autoritas huic
doctrinæ aduersantium obiicitur?

Respondeo.

Nullius autoritas plus apud te valere de
bet, quam ipsius filij Dei, qui propterea
sanguinem suum fudit & in cruce mortuus
us est, ut nos quoque per illum hæredes &
filij Dei essemus. Extra hunc omnium ho
minum quæuis sapientium & doctorum auc
toritas tibi suspecta esse debet.

CCXI

I iiij

Dic

DE CHRISTIANA

Dic scripturam? Respon

Christus inquit, Regnum cœlorum non venit cum externis obseruationibus. Nihil igitur humanorum consiliorū, sed solius Dei autoritas hic valet. Imo quidquid est humane sapientię, id magis est nobis impedimento ad veram diuine voluntatis & pietatis cognitionem, q̄ adiuumento, Itaq; pusillo gregi paratum est regnū cœlorū.

CCXII

Est ne in Conciliis quibusdam aliquid contra Christum decretum? Respondeo.

Multa, prohibita coniugia, ciborū facta discrimina, & dierum, & id genus alia, que nominatim Paulus appellat doctrinas demoniorum, quę libertatem Spiritus & fidem euertunt.

CCXIII

Quid erit mihi consolationi, si mortis metus me terreat?

Respondeo

Illud, quod est apud Oseam, Absorpta est mors in victoria. Vbi est, o mors, victoria

IUSTITIA.

Storia tua? Vbi est, o mors aculeus tuus?

CC XIII

Quid faciam, si in tentationem aliquam honoris, glorię, opum & similiarum rerum, aliorum hominum exemplo incidero?

Respondeo.

Confugito ad verbum illud Christi, cū ait, Confidite fili, Ego vici mundum.

CCXV.

Nihil ne igitur cultus monastici & similes Cæremonię maxime illustres ualebunt?

Respondeo.

Coram Deo omnia sunt ingrata, nisi qđ ipse præcipit, Cultus Monastici nullum habent mandatum, Sed ab hominibus sunt instituti, De humanis vero traditionibus inquit Christus, Frustra me colunt mandatis hominum.

CCXVI

At si ita sensero, uideo fore, ut de

I v omnib.

DE CHRISTIANA
omnibus fortunis meis, in peri-
culum ueniam?

Respondeo.

Ad hoc igitur te paratum esse oportet,
q̄ primum agnoscere Christum & confite-
ri coepisti, & maxime tecum meditari,
quo pacto aduersam ærumnam feras, Per-
ricula, dāna, exilia, nequid animo sit nouum

CCXVII

Etiā de uita mea agetur?

Respondeo.

Ne hoc quidem deterreat te, Magis enim
obediendum est deo, q̄ hominibus, Et me-
mineris uerborum Christi, cum hæc mala
omnia præuidens ad discipulos suos ait,
Ne metuatis eos, qui corpus possunt occi-
dere, nec habent, quod amplius faciant,
Dicam uobis, quem timeatis, Eū, inquam
qui postq̄ occiderit, habet potestatem con-
sciendi in gehennam. Item, Qui perdiderit
uitam suam, lucrabitur eam.

CCXVIII

Audio, sed uita nihil est mihi cha-
rius ipsa.

Respondeo.

Hæc

IUSTITIA.

Hæc igitur maxime tibi insidiatur, iuxta sententiam Christi, Inimici hominis domestici eius.

CCXIX

Hanc sententiam mihi declaras
Respondeo.

Sic se res habet, ut quo quidque nobis est charius, atque coniunctius, eo ad salutem consequendam sit nocentius. Nam coniunx & liberi & vita plus remorantur nos a salute, quam mors & quæuis mala nocentissima.

CCXX

Quomodo resistam sollicitudini de uictu
Respondeo.

His verbis Christi, Matth. vi. Ne sitis solliciti quid edatis, aut bibatis, aut quid induatis, Nouit enim pater vester cœlestis, quod his omnibus opus sit vobis. Quis alit volucres cœlis? Quis uestit lilia campi? Nonne Pater vester cœlestis? Quanto magis his igitur uobis hoc faciet, qui longe excellit illas.

CCXXI

Infernus terret me

Respondeo

DE CHRISTIANA
Respondeo.

Scriptum est, Morsus tuus ero inferne.
Vbi tua inferne victoria? Et Acto. ij. in-
quit Petrus, Christum suscitavit Deus so-
lutis doloribus inferni, Siquidem impos-
sibile erat teneri illum ab eo, Ne igitur
metuas.

CCXXII.

At sentio me admodum imbecillo
esse animo in his rebus omnibus,
Vtinam Iesus Christus hoc ig-
nosceret, & animum meum ma-
gis redderet confirmatum?

Respondeo.

Imo nihil est, quod faciat libentius.

Proba.

Hebrę. iiij. Non habemus Pontificem,
qui non possit affici sensu infirmitatum
nostrarum, Sed tentatum per omnia, iux-
ta similitudinem absq; peccato. Acceda-
mus igitur cum fiducia ad thronum gra-
tię, vt consequamur misericordiam, & gra-
tiam inueniamus ad auxilium oportunum
Vide questionem CCvij.

Nulla

IUSTITIA.
CCX XIII

Nulla igitur bona opera nostra
profunt ad salutem?
Respondeo.

Nulla, Iuxta illud Gala. ij. Si per legem
est iusticia, Christus frustra mortuus est.
In summa, Gratia, vt inquit Paulus ad
Ephesios, seruati sumus per fidem, idq;
non ex nobis, Dei donum est, non ex ope-
ribus, ne quis glorietur. Nulla igitur opera
nostra, q̄uis bona, aliquid profunt ad sa-
lutem.

CCX XIII

Ergo abstinendum est a bonis
operibus? Respondeo.

Nequaquã, Neq; enim ideo non est bene
faciendum, quia opera nostra non merentur
remissionem peccatorum & vitam
æternam, Sed quia hæc per Christum gra-
tis consecutus sum, & factus noua creatu-
ra, ideo non possum non noua & bona
opera facere.

CC XXV

Quænam?

Respondeo
Per

DE CHRISTIANA IVSTITIA.

Per omnem vitam quoquo te veritas scias erit, quod bene opereris, Semper enim erunt quibus opera tua opus erit, ijs consilio, auxilio & re tua, quacuncq; potes, praesto vt sis facito, Tu enim, qui per gratiam, quam adeptus es, omnia habes, prospice iam deinceps & proximo tuo egenti, cui siue bene, siue male de te merito vt beneficias, requirit Deus, qui longe maiora in te beneficia contulit.

Ad summam, Ad omnes locos Scripturae requirentes opera, respondebis, Iustificationem siue fiduciam misericordiae non excludere imo requirere opera, Sed excludere meritum operum.

CCXXVI

Dic locum ueteris Ecclesiae

Respondeo

Hylarius sic ait, Non in sanguine & Holocaustis, Nos, in quos consumatio seculorum deuenit, sacrificamus Deo, Sed quod sacrificium placitum sit, Audiamus dominum in Euangelijs dicentem, Venite benedicti Patris mei &c. Hoc est, vt credamus verbo & prosumus re proximo.

MENSAE

GRATIARVM ACTIO.
C CXXVII
MENSÆ BENEDIC
tio Matutina.

PSALMO CIIII.

Nubib⁹ humectas mōtes tua munera tell⁹
Sentit, & est fructus dote beata tui.
Gramina producis iumētis pabula bruris,
Atq; olera humana iussa virere manu,
Vt miser e culto uictū sibi comparet agro,
Quæq; hominū curas uina leuare solent.
Quoq; nitent facies, succum foelicis oliuq;
Et panem, vires quo tueatur homo.

CCXXVIII.
BENEDICTIO
Verspertina.

Te, Pater, expectant hæc om̄ia, te uenerant,
Pabula ut expedias tempore cuiq; suo.
Si dabis, accipient, dextrā si extēdis apertā
Diuinæ saturi iam bonitatis erunt.
At simul ut vultus auerteris ora benigni,
Conseruata noui plena timoris erunt.
Natiui abstuleris vitalia munera flatus,
Mox subito interitu nil nisi puluis erūt.
At simul emittis flatū, noua cuncta creant,
Iam noua frons terre, iā nouus orbis erit.
AETERNOS

GRATIARVM ACTIO
Aeternos dñi maiestas duret in annos,
Lætetur factis, qui facit ipsa, suis.

CCXXIX
GRATIARVM ACTIO
matutina. Psal. CXLVI

Eia age laude noua dñi celebrem⁹ honorē,
Mi anime, his nostris insite visceribus.
Fœlicem, cui dexter adest deus ille Iacobi,
Qui, quę de dño commoda speret, habet
Qui coelos, terręq; orbē, maria om̄ia finxit
Quęq; inclusa operū machina tanta tenet
Ille nec esse potest mēdax, nec fallere quenq;
Illius est omni tempore certa fides.
Iniuste afflictos qui vindicat, esurientem,
Pallenti miseram pellit ab ore famem.
Quadrifidū varijs locupletas dotib⁹ annū,
Quas datus e plenis nubibus humor alic
Sic tua distillant pingues vestigia succos,
Et roties pedibus semita trita tuis.

CCXXX.
GRATIARVM ACTIO
Vespertina Psal. CXLVII.

Alternis cantate, Deo date iubila laudum,
Stringite vocalis plectra canora lyræ
Humida,

GRATIARVM ACTIO

Humida, qui toti prætendit nubila cœlo,
Ut pluuie terris præcipitentur aque.
Qui sumis faciles in mōrib⁹ educat herbas
Et steriles colles pascua læta facit.
Qui sua iumētis dat pabula, dat sua pullis
Coruorū, querula quando ea voce uocāt
Non huic robur equi placet in fera bella
ruentis.

Non iuuat hunc fortis tibia crassa viri.
Ipsū, qui timere placent, hos diligit ultro
Quicumq; ipsius spem bonitatis habent
Fœlicem, quem tu delegeris, & tibi charum
Feceris, vt tecum limina sancta colat.
Ille domus bonitate tuę faciabitur, idem
Ibit ouāns templi de ditione tui.

CCXXXI

ORATIO MATV rina Psalmus. CXLIII.

Qua gradiar p̄scribe viā, mea nāq; fatescit
Suspirans ad opem languida uita tuam.
Ut faciā tibi grata doce, tua iussa capeflam
Nam sine te misero quis deus esse queat.
Spiritus ille tuę bonitatis ducat euntem,
Qua recta ad te itur, nec propiore via,
Eripe me, seruaq; volens, aliena repelle
Agmina, quę legi sunt inimica tuę.

K

Alis

CCXXXII.
ALIA ORATIO
PSAL CXLI.

Adde meā genitor cohibētia uincula ling.
Oris permaneat ianua clausa mei. (uana
Ne paciare mihi res vt sit noxia cordi,
Consilia in præceps ne per iniqua ferar
Ne mala participē turbæ per facta malorū,
Ferda nec ipsorum deliciosa sequar.
Ipsē abitū reditūq; meū seruet deus, ex hoc
Tempore in æternos, sæcla futura, dies.

CCXXXIII
ORATIO VESPER
tina, Cum eunt cubitum
Psal. CXXI.

Non usquā mihi pes dño custode labascet,
Tempora qui placidi nulla soporis agit.
Nunq; securę peret oia blanda quietis,
Pastor in Israel peruigil ille suo.
Me Deus obseruet, præsens mihi semper,
vt vmbra
Me, velut inclusum, protegat ipse sua,
Feruida ne noceat mihi syderis aura diurni
Nec me nocturni frigoris vrat hyems.
Me curet Dñs, me crimine seruet ab omni,
Custos & vitæ sit Deus ipse mex.

Alia

CCXXXIII.

Alia Oratio PSAL. CXXXIX.

Quo fugiā, ne presentē tua numina cernāt
Qua tuus excludi spiritus arte potest?
Detur vt astra supra scandā sublimia cœli,
En ades, vt nullo non potes esse loco.
Infernas adeam Plutonia regna lacunas,
Hic quoq; maiestas aspicienda tua est.
Mane rubens aurora suas mihi commode
alas,

Dentur in extremo recta colendo mari,
Non minus hoc tua celsa manus me pro
Et uirt⁹ dextrę fulciat alta tuę. (feret illic
Dixero, forte regent tenebrę me noctis
opacę,

Inuida nox etiam te penes omnis erit.
Et tenebrę nō sunt tenebrę, si tu pater adsis
Et nox clara nouę lumina lucis habet.
Te penes in lucem tenebrę uertent, & omnis
Nocte sub obscura te prope splendor erit.

CCXXXV

ORATIO ante Contionem

dicenda. Psal. Cxix.

Cognita fac teneam legū decreta tuarum,
Atq; ea clauso meo pectore semper erūt.
Vt possim seruare tuā fac me instrue legē,
Ipsius vt toto pectore nomen amem.

K ij Dedue

ORATIO.

Deduc me per iter, per qd tua iussa petunt
Namq; in eis constant gaudia summa mihi
Ad tua me placidis inclina oracula verbis,
Non ad turpe lucrū, non ad auaritiam.
Pro pietate tua vitę me redde salubri
Vt decreta tuę legis amare queam.

CCXXXVI

ALIA.

Verbis me tutare tuis vt viuere possim,
Neu frustrare spei dulcia vota mee.
Cuncta tuū viuens renouat, ceu lumine,
verbum.
Vt sapiant, stupidis pectora docta facie
Respice dignat^o placido me apectora uultu
Quo, tua qui redamāt noīa magna, soles
Ad tua v̄ba meos, ne peccēt, dirige gress^o,
Impietas regnet ne precor ulla mihi
Irradia mihi luce tui mitissime vultus,
Et tua me, misso lumine, iussa doce.
Oīa sunt habitura aliquē cū tempore finē,
Mandati series est sine fine tui.

CCXXXVII

ORATIO VT DEVS

contra uim diaboli nomen suum
in hoc mundo magnum & cele
bre

ET ORATIO.

bre efficiat. Ex quarto Capite
Actoy.

Domine deus, qui fecisti cœlum & terra-
ram, mare & omnia, quę in eis sunt, qui
spiritu sancto per os David pueri tui dix-
isti. Quare fremuerunt gentes, & populi
meditati sunt inania. Astiterunt reges ter-
re, & principes conuenerunt in vnum, ad-
uersus dominum & aduersus Christum
eius. Conuenerunt vere aduersus sanctum
puerum tuum Iesum, quem vnixisti, Ro-
manus Pontifex, & multi reges & princi-
pes cum omni sua multitudine vt faciant,
quę manus tua & consilium tuum decre-
uerunt fieri. Et nunc domine respice in mi-
serias eorum, & da seruis tuis, vt confirmati
spiritu sancto cum omni fiducia verbum
tuum loquantur, Amen.

CCXXXVIII
EVANGELII VOX EST
uniuersalis.

Omnes, quodtquot estis, siue ex
Iudæis, siue ex gentibus, omni-
bus legibus, etiam Mosaicis, so-

K iij luti

DE S. TRINITATE
luti estis, sed non secundum car-
nem.

Atq; hi sunt molliores illi & lactei cibi,
quibus infantes & infirmiores in fide alun-
tur. Adultis vero solidiores cibos propo-
nat is, qui potest, quibus argumentis con-
firmari possit Christum esse naturalem fil-
ium dei, mortuorum resurrectionem fore,
& similia.

DE SANCTA
Trinitate.

CCXXXIX

Quid est sentiendum pie & sum-
pliciter de Articulo Trinitatis?

Respondeo.

Duo maxime spectanda sunt in omnib.
ijs, quæ ad deum pertinent.

I VERBUM

II FIDES.

CCXL

Quomodo?

Respondeo

De natura dei eiusmodi est nobis verbū
propositum, Unus est Deus, & tamen tres
personæ

DE S. TRINITATE

personę. Hic igitur non rationis iudicium
in consilium est adhibendū, sed fides, quę
tribuit hunc honorem deo, vt eius verbū
statuat esse eiusmodi, quod fallere nullo
modo possit. Extra hoc verbum quicunq;
Dei naturam inuestigare, & cultum, quem
Deo præstet, instituere voluerit, is eam in-
gressus est viam, quę eum longissime ab-
ducat a cognitione Dei.

CCXLI

Est idem ne sequendum etiã
in alijs articulis fidei?

Respondeo.

Idem facies in alijs articulis fidei de Ius-
tificatione, seu de remissione peccatorum,
de Resurrectione mortuorum, de Aeterna
vita, & alijs, cum audis in Euangelio
doceri, fac in solo verbo hæreas, eiq; cre-
das. Nam autor verbi est ipsissima ueritas,
quę mentiri non potest, neq; aliud a te
requirit, nisi vt huic verbo ipsius fidem
habeas, Sin minus, magno tuo malo deum
accusas mendacem.

CCXLII

Perge de Trinitate differeres?

K iij

Respondeo

DE SANCTA TRIN.

Respondeo.

De Trinitate simplicissime sciendum est, Nostra causa nominari tres personas, quæ tamen sunt vnus & eiusdem & indiuidue substantiæ, vt officia earum discerni possint, vt Patri tribuatur æterna illa voluntas, qua constituit certo tempore humanum genus restituere. Filio vero ipsa executio huius voluntatis & reuelatio, At vtriusque cognitionem in nobis efficacem reddere Spiritus sancti est officium.

CCXLIII

Da simile? Respondeo

Huius discriminis similitudo quædam a Sole sumi potest, in quo & lumen & radius, & calor est, & tamen eadem est solis substantia, lucem & radios mittens, & calefaciens. Sicut igitur sol vna & indiuidua est substantia, & tamen tres habent distinctas operationes, ita idem est Deus, vna & indiuidua eius substantia, cum tres sint personæ, quibus sua cuique officia tribuuntur. Pater est illud lumen solis, qui statuit se miseras humani generis pro sua misericordia respicere velle.

Filius officium habet simile radijs, quos proijcit

DE S. TRINITATE.

proijcit sol, vt terram illuminet. Patris enī perpetuam voluntatem filius in carnem missus mundo patefecit.

Spiritus sanctus est ille calor & æstus diuinitatis, qui docet nos, quid de Patre & Filio sentire, & quomodo ista luce & radijs vti ad salutem debeamus, Operatur enim in nobis viuam & ardentem Patris & filij cognitionem, vt certi simus in animo nostro de eorum præsentia.

CCXLIII.

Dic clarius? Respondeo.

Quare si quis naturam dei scrutari cogitat, is ante omnia Christum incarnatum sibi ante oculos proponat, atq; in hunc vnum intueatur, Si de voluntate & consilio Dei certus esse volet, Sicut enim solius illius usus mihi nullus esset, Si sibi tantum luceret, neq; per radios lumē ipsum ad me pertingeret, Ita frustra nobis in coelo habitans deus omnia regeret & gubernaret, nisi suum erga nos animum ac voluntatem per filium nobis aperuisset.

Vt igitur radij Solares terram percipiunt, eamq; vi sua calefaciunt, ita & filius Dei ex sinu patris in terram demissus, accipit humanam carnem, viuic & moritur

K v vt homo

DE S. TRINITATE

vt homo, vt nos per ipsius mortē & sanguinem illum calorem Solis cōsequeremur, Spiritum sanctum, inquam, qui nouas ex nobis facit creaturas, & ducit nos in omnē veritatem.

CCXLV

Hoc pauci docent?

Respondeo.

Iam omnes, qui aliter de natura & voluntate Dei docent, fugito. Semel hoc deo placuit, quod mutari non potest, vt filium suum vnigenitū in carnem conijceret hanc ipsam ob causam; ne maiestatis gloria nos terreret, Sed suauiter ad se alliceret, vt nos isto eius mirabili erga nos amore adducti vicissim eum amare inciperemus, quem antea vt iudicem & tyrannum metuebamus.

CCXLVI.

Fac audiam testimonia Patrum
Ecclesiasticorum?

Respondeo.

Hylarius lib. primo de Trinitate, cuius verba Diuus Augustinus repetit in Sexto, discernens officia Patris, Filij, & Spiritus Sancti, inquit, Aeternitas

DE S. TRINITATE.
Aeternitas in Patre, species in
imagine, usus in munere.

Quibus verbis idem plane significat Hya-
larius, quod nos diximus, Nam per aeter-
nitatem intelligit aeternam illam volunta-
tem Patris, qua constituit, vt suo tempore
Euangelium de filio suo mundo reuelaret,
Sic Paulus inquit Ephe. i. Hoc fuisse con-
siliū Dei antequam iacta sunt fundamenta
mundi.

Species in imagine siue filio, id est, aeter-
nitatis illius & bonae erga nos voluntatis Pa-
ternae imago resplenduit in filio, qui nos
his eam patefecit, & miraculis, doctrina,
vita, morte & sanguine suo confirmavit,
Deum erga nos ita vt Patrem erga filios
affectum esse Ephe. i. Colos. i.

Usus in munere, id est, munus illud Spi-
ritus sancti, quē Christus, ascendens in caelum
nobis donauit, clarificat in nobis Patrem
& filium, Qua de re Ioannes in suo Euang-
gelio praecipue concionatur.

De Passione.

DE VS V PASSIO-
nis & mortis Christi Iesu
Domini nostri.

CCXLVII.

Expone quaeso te, quid nam ex
morte Domini nostri Iesu Christi
discendum sit atq; requirendum
nobis Adolescentib.

Respondeo.

Exponam tibi methodo quadam rem
vniuersam, Adeo quod si subseruieris ora-
tioni meae, existimem plane me effecturum
vt dicas bene tecum esse actum.

CCXLVIII

Dic igitur? Respondeo.

Principio, Historia mortis Domini no-
stri Iesu Christi est ingens thesaurus rerum
spiritualium, Ex quo thesauro promendae
sunt pijs & afflictis mentib. coelestes bene-
dictiones, In quibus acquiescere reuera
possunt in summis terrorib. In metu mor-
tis & iudicij Dei, Deniq; in omnib. afflic-
tionibus. Digere

DE PASSIONE.

CCXLIX.

Digere in locos, Quot habet locos?

Respondeo.

Historia mortis Christi Iesu, Habet duos locos præcipuos atq; principales, Primus docet de Euangelii doctrina & eius usu.

Alter est Prophetia rerum futurarum.

CCL.

Quæ est doctrina?

Respondeo.

Doctrina, vt hinc ordiamur, Est, Cum docetur, Oportuisse Christum pati, Oportuisse Christum per Passionem & Crucem intrare in suam gloriam.

CCLI.

Qui est usus doctrine?

Respondeo.

Cum subiicitur causa doctrine, Cur scilicet oportuerit Christum adfligi & glorificari.

CCLII.

Quis præscripsit hunc usum doctrine?

Respondeo

DE PASSIONE.

Christus ipse.

CCLIII

Quibus uerbis?

Respondeo

His uerbis, cum ait, Vt prædicaretur in nomine eius, Pœnitentia & Remissio peccatorum.

CCLIII

Quibus igitur demandata est Prouincia docendi in hoc genere?

Respondeo.

Apostolis, Sic enim ait Christus Ioannis. XV. Cum uenerit Paracletus, quem ego mittam a Patre, Spiritum ueritatis, qui procedit a Patre, Ille testimonium perhibebit de me, Et vos testimonium perhibebitis, Quia ab initio mecum estis.

CCLV

Quæ pertinent proprie ad doctrinam?

Respondeo

Ipsa series & ordo Historiæ, quam Euangelistæ, pro suo quisque modulo, diligenter complexi sunt est uere doctrina.

Quis

DE PASSIONE

CCLVI

Quæ pertinent ad usum doctrinæ
neq̄ Respondeo.

Ad usum doctrinæ pertinet, quod ait Paulus Roma. iij. Traditus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostri. Item, Illud Esaiaë, Propter peccata populi mei percussi eum. Item vibice eius sanati sumus.

CCLVII

Est ne potior doctrinæ usus ipsa doctrina?

Respondeo

Si de commodo quæris quod redit ad Ecclesiam atq̄ credentes, Magis cōmodat vsus q̄ doctrina, Etiam si recensio Historiæ valde sit necessaria, Oportet em̄ nos tenere rem vt gesta est ordine.

CCLVIII

Explica similitudine, ut res fiat clarior?

Respondeo.

In Articulo de Trinitate diximus, Deū optimū, maximū, deliberantem de salute hominum

DE PASSIONE.

hominum apud sese, nihil cōmodare tibi,
nisi mittatur filius qui sua præsentiā, suis
radijs sol verus iusticię, pertingat ad terrā,
Calefaciens & viuificans & certificās om-
nes homines de bona voluntate Patris
erga se.

Panis & vīnum, sunt a Deo data, vt &
confortent vitam & exhilarent cor homi-
nis, & tamen creaturæ optimæ nihil pro-
sunt tibi, Nisi tibi sint salutare, nisi tuum
cor exhilarent, nisi tuum corpus reddant
fortius atq; magis vegetum.

CC LIX

Quorsum ista? Respondeo

Vt intelligas frustra doceri Historiam,
nisi hic vsus accedat, Tibi Natum, Passum,
& Mortuum esse Christum, (TIBI IN Q̄)
Deinde tibi Resurrexisse, Ascendisse in
cœlum, Consedisse in dextra Patris, & Mis-
sisse Spiritū sanctum, Alioqui etiam dæ-
mones credunt Christum natum, passum,
mortuum, Et reliqua omnia quæ continet
Historia, Sed non ad salutem.

CCLX.

Ergo fide apprehendendus est
Christus

DE PASSIONE.

Christus moriens & resurgens,
Ita ut certo statuam propter me
omnia facta esse?

Respondeo.

Maxime, Nam hoc modo discernitur fides iustificans, siue fiducia misericordie, & fides dæmonum siue Historie.

CCLXI.

Quã gaudeo, Vbi huius doctrine
lumen restare uideo, Nam est in
quodam angulo Germanie om-
nium bipedum impurissimus Cõ-
cionator, qui false ridet hanc dis-
tinctionẽ tanq̃ nuper admodum
natam, Perge itaq̃

Respondeo.

Non est per noctem, tanq̃ fungi, exorta
hæc distinctio, Nam extat apud August.
in libris de Trinitate, His verbis, Sine char-
itate quippe fides potest quidem esse, Sed
non & prodesse. Propter quod & Aposto-
lus Paulus in Christo Iesu, inquit, Neq̃
L circum

DE PASSIONE.

circumcisio, neq; præputium aliquid valet, Sed fides quæ per dilectionem operatur Sic eam discernens ab ea fide, qua & dæmones credunt & contremiscunt.

CCLXII

Quod est itaq; commodum doctrinæ, quod redit ad auditores?

Respondeo.

Vt auditores sibi redditi, cognoscant se turpiter hæere in pessimo vitæ genere, adeo vt prorsus actum sit de eorum salute, nisi respiscant, nisi mutant ante actæ vitæ rationē in melius. Deinde vt incipiant etiam bene sperare de misericordia dei exhibita & demonstrata illis in filio, quem ideo voluerit extrema pati, & excitare iterum ex mortuis die tertia, vt spes salutis fieret vniuersæ carni.

CCLXIII

Quid uocas, Auditores sibi reddi, Et agnoscere pessimum ante actæ vitæ genus?

Respondeo

Pœnitentiam.

CCLXIIII

Quid autē uocas, Inicium bene sperandi

DE PASSIONE

• Sperandi de Dei misericordia?

Respondeo.

Remissionem peccatorum.

CCLXV

• Quomodo igitur geritur utrunq?

Respondeo.

Euangelium siue nouum testamentum
retinet legis officium. Itaq; geritur per prae-
dicationem de Christo, passo, mortuo, &
ex mortuis uiuificato.

CCLXVI

Dic ordine?

Respon.

Poenitentia docetur hoc modo, Cum aus-
dis Christum extrema passum exhibuisse
in seipso Exemplum, derelicti atq; damnati a
Deo, adeo ut & ipsemet, & reliqua multis-
tudo, iudicet eum a Deo derelictum & con-
demnatum esse, Ad te proprie pertinet.

CCLXVII

Quid ita?

Respondeo

• Na quidquid est Christus in oculis vnus
uerse carnis, Hoc tu es coram deo, Tu em
meruisti peccato tuo, sic tractari a Deo
tum ut te morti tum inferno & omnib. illis
malis, quib. uides affligi Iesum, obiciat, ne-
q; liberet vnq.

L ij

Prætes

DE PASSIONE.

Præterea, Tu occasio fuisti deo, peccato tuo, ut tam seueriter affligat suum ipsius filium vnigenitum.

CCLXVIII

Affer grauem interpretætem huius
sententię? Respondeo

Esaias ait cap. Lij. Propter peccata populi mei percussus eum.

Item, Seruire me fecisti in peccatis alienis.

Idem loquitur Christus ad mulieres desflentes se, Nolite flere super me, sed flete potius super vos & super vestram posteritatem.

Hac contione terret etiã Petrus aliquot milia hominum, quib. Concionatur Hierosolymis, Et adigit atq; contundit eos, ut quo se vortant nesciant Tandem em̄ dicunt. O viri fratres quid faciemus?

CCXIX

Quid uult Christus flendi uocabulo?
Respondeo.

Cum ait Christus, Nolite flere &c. Si em̄ hoc fit in viridi, quid fiet in arido, Ducit argumentum

DE PASSIONE

argumentum a maiore ad minus, Hoc modo, Si deus tam inclementer tractat lignū viride, Innocentem me & suum filium, qui nihil tale merui, Vos cogitabitis, quanta inclementia tractaturus sit vos aridos, qui commeruistis iram Dei & gehennam.

Proinde deflete vestra mala, uestra peccata, quibus commeruistis tantā iram dei, vt placari nulla re possit præterq̃ mortē & sanguine sui filij.

Hoc peccatum vestrum maximum est, Non occidisse hominem, Sed occidisse & Cruci affixisse deo suum filium.

Hoc scilicet est, Quod si omnes omnia sua consilia conferāt, auxiliij tibi nihil afferere queant. Iam ad Animum tuum conuersus deplora naturę tuę corruptionem & reatum, & cura vt iram hanc depreceris atq̃ auertas.

CCLXX

Quomodo docetur remissio peccatorū? Respondeo.

Quemadmodū audis Christum Dominum vitæ mori & damnatum esse neq̃ tamen ad finem deseriri a Deo, sed reduci ex morte & ex inferis, Ita certus sis te propter Christum, qui tui causa hæc perpessus est,

L iij recipi

DE PASSIONE

recipi in gratiam & Deum tibi esse placatum.

CCLXXI

Est ne hoc accipere remissionem peccatorum? Respondeo.

Hoc vere est accipere remissionem peccatorum, Credere deum esse propitium nobis propter Christum, qui est vitæ redemptus & constitutus a Deo Dominus & hæres vniuersorum.

CCLXXII

Quid est autem quod dixisti de Prophetia rerum futurarum?

Respondeo

Regnum Christi est regnum veritatis, quemadmodum ipsemet testatur in conspectu Pilati, Ergo quidquid accidit Christo in hora Passionis & mortis eius, Idem accidet regno veritatis, Hoc est Euangelio & ministris eius, vsq; ad finem temporum.

CCLXXIII

Ergo Prophetia quantum intelligo habet multas partes?

Respondeo.

DE PASSIONE

Habet sane, Ideoq; eius tractatio reſcienda est in integram Historiam mortis Iesu Christi, Requirit enim & seueriorem & magis accuratam explicationem.

CCLXIII

Quomodo igitur est intuentus totus Christus in morte sua?

Respondeo

Christus est complectendus nobis, Primum vt Sacramentum siue donum, quod reuera operatur in nobis iusticiam & vitam æternam, Deinde vt exemplū, quod efficit vt per eius gratiam vincamus omnia mala.

CCLXXV

Non intelligo Vocabulum Sacramenti siue doni?

Respondeo.

Efficiam vt intelligas, Corona spinea pungens eius caput, vt sanguinem fundat, est tua concupiscentia, sunt impuri tui affectus, Clauī manuum & pedum, sunt tua peccata, Hæc pati te millies oportuit.

Deinde cum obseruas eum hæc pro te

L iij pati,

DE PASSIONE

pati adductū summo amore erga te. Iuxta illud, Desiderio desideravi &c. Item, Habeo calicem bibere & coarctor donec bibero illum.

Tertio loco, Ascendendum erit tibi per benevolentiam singularem Christi ad Dei Patris amorem, quo te & ille in filio complectitur, Tum vere trahet te Pater & venies ad filium, Atque tum solide gaudebis tua gaudia, Et intelliges verbum Christi, cum ait, Ioan. iij. Sic Deus dilexit mundū, ut filiū suū vnigenitū daret, ut omnis qui credit in eum habeat vitam æternam.

CCLXXVI

Hæc est igitur illa noua natiuitas?

Respondeo.

Est, Nam ex morte Christi defluxit cognitio peccati tui, Deinde coniecisti iterum tuum peccatum in Christum, atque accepisti remedium morbo tuo, maxime cum intelligas hanc esse bonam voluntatem Dei ostensam tibi in Christo.

CCLXXVII

Dic nunc quomodo Christus sit

Exemplum?

Respon.

Exemplum

DE PASSIONE

Exemplum est quo utaris quando non cum vno tantum malo conflictaris in hac vita.

CCLXXVIII

Quomodo?

Respon.

Quando ex morbo aut aliqua ægritudine tibi male est, Adeo vt moram accusare cogaris, Cogita quanta magnitudine vincat tuum malum, Christi fortuna, qua vsus est in hac vita, maxime vero corona, flagellatio & clauis.

CCLXXIX

Quid faciã in perferenda iniuria?

Respondeo.

Cogita Christum omnia pertulisse, quæ ad famam & dignitatẽ nominis, vitæ pertinere visa sunt æquo animo, Hunc ora vt suppeditare velit patientiam, Nam ipse iussit, vt in patientia possideamus animas nostras.

CCLXXX.

Quid in contemptu?

Respondeo

Vide tuum Salvatorem inter iniquos deputatum, iniuste accusatum, & ab Heros

L v de tura

DE PASSIONE

de turpiter illusum, neq; tamen impaciens
tem, Sed committentem causam ei qui ius
dicat iuste.

CCLXXXII

Sæpe cogor facere quod nolim,
neq; possum mihi ab iracundia
temperare? Respon.

Vide vt ducatur Christus Dñs tuus,
vinctus ab Anna ad Caiapham, Dehinc
ad Pilatum & Herodem, Tandem ad sup-
plicij locum, Sicut ouis ad victimã, Non
aperiens os suum, Imo orans in Cruce pro
Crucifigentibus se, Pater remitte illis hoc
peccatum, quia nesciunt quid faciunt.

CCLXXXIII

Quod sumam hinc remedium
aduersus libidinem? Respõ.

Expende quanta crudelitate lacerauerint
tenuissimam carnem Christi Iesu milites
fodientes eius latus, mucrone, ut clauorum
dolorem raceam

CCLXXXIII.

Cum me uexat inopia, Quid fa-
ciam? Respondeo

Cogita

DE PASSIONE

Cogita, vt quid non feram vel tantillum malum propter eum, qui in Horto propter me sudauit sanguinem, Non enim sit discipulus supra Magistrum, Atq; hoc modo facile erit tibi superare omnes afflictiones, quæcuncq; obuenerint tibi in hac vita.

CCLXXXV

Hæc est doctrina mortificationis ueteris Adq;

Respondeo

Maxime, Nam qui sunt Christi, Inquit Paulus Gal. v. Carnem suam crucifixerunt cum concupiscentijs & affectibus.

CGXXXVI

Quis docuit nos istum usum Exempli Christi Respondeo

Apostoli docuerunt hoc nos, qui vrgent istum usum, ita vt trahatur in perpetuam vitæ nostræ consuetudinem.

CCLXXXVII.

Recita:

Respondeo

1. Pet.

DE PASSIONE

i. Petri. iij. Christo igitur passo pro nobis in carne, & vos eadem cognitione armamini, Quia qui passus est in carne, desinit a peccatis, vt non iam desideris hominū, Sed voluntate dei, quod reliquum est temporis in carne viuat.

i. Petri. ij. Christus passus est pro nobis, Vobis relinquens Exemplum, ut sequamini vestigia eius, Qui peccatum non fecit, Nec est inuentus dolus in ore eius, Qui cū malediceretur non remaledicebat, cum pateretur non comminabatur, Tradidit autē iudicanti iuste.

Ad Heb. xij. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes.

Rom. xij. Vnusquisq; vestrū proximo suo placeat in bonum ad ædificationem, Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, Improperia improperantiū tibi ceciderunt super me.

Quęcunq; enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus.

DE SACRAMENTIS.

CC LXXVIII

Quid est Sacramentum?

Respondeo

Sacramenta sunt Symbola siue Tesserę, Constitutę & ordinatę, a filio Dei Iesu Christo, Quibus admoneantur credentes diuinę promissionis, Non tantum in hoc, vt per Sacramentorũ vsum internoscatur a reliquis gentib. Quemadmodum Gręci pallio & Romani roga noscebantur, Sed ut sint exercitia fidei, & vt per ea accipiant remissionem peccatorum.

CCXXIX

Quę mandauit Christus fieri in Euangelio, quę sint uerus cultus qui placeat deo, & per quem accipiat Christi gratiam, Ecclesię

Respondeo

Christus tria maxime pręcepit discipulis

CCXC

Dic primum?

Vt sint testes sui, Et vt prędicent Euangelium

Respõ.

gelium

DE SACRAMENTIS.
gelium omni creature, In poenitentiam &
remissionem peccatorum.

CCXCI

Dic secundum?

Respō.

Deinde iussit eos etiam baptizare, In no-
mine Patris & Filij & Spiritus sancti.

CCXCII

Dic tertium?

Respō.

Iussit etiam, vt in eius commemoratio-
nem manducaretur & biberetur corpus &
sanguis eius in Ecclesia. Nam voluit hunc
panem & illum calicem esse ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ,
Communionem seu communicationem
corporis & sanguinis Domini.

CCXCIII

Recita de primo?

Marci ultimo, Et dicebat eis, Ite in mun-
dum vniuersum & prædicate Euangelium
omni creature.

Luce ultimo, sic scriptū est, Et sic oport-
tebat Christum pati & resurgere a mortuis
tuis

DE SACRAMENTIS

tuis tertia die, Et predicare sub nomine ei⁹
Poenitentiam & remissionem peccatorum
in omnes Gentes, Initio facto ab Hieroso-
lymis, vos autem estis testes horum.

Ioannis. xx. Dixit ergo eis iterum, Pax
vobis, Sicut misit me Pater, Ita & ego
mitto vos, Hæc cum dixisset, Flavit in eos
& dicit eis, Accipite Spiritum sanctum,
Quorumcunq; remiseritis peccata, remit-
tuntur eis, Quorumcunq; retinueritis re-
tenta sunt.

CCXCIII

Confirma scripturis, quod Chri-
stus iussit baptizare?

Respondeo.

Matthei. xxviii. Et accedens Iesus locu-
tus est eis, dicens, Data est mihi omnis pos-
testas, in coelo & in terra. Euntes ergo, Dos-
cere omnes Gentes, Baptisantes eos in nos-
mine Patris & Filij & Spiritus sancti, Dos-
centes eos servare quaecunq; præcepi vos
bis, Et ecce vobiscum sum omnibus die-
bus usq; ad consumationem sæculi.

Marci. xvi. Qui crediderit & baptisatus
fuerit saluus erit, Qui vero non crediderit
condemnabitur. Tertium

DE SACRAMENTIS
CCXCV

Tertium restat. Recita igitur
Respondeo

Lucæ. xxij. Et accepto pane cum gratias egisset, Fregit ac dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, Hoc facite in meam cōmemorationem. Similiter & calicem postq̄ cœnauit dicens, Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effunditur.

I. Corinth. X. Ego accepi a Domino, & tradidi vobis, Quod Dominus Iesus in ea nocte qua tradebatur, Accepit panem & postq̄ gratias egisset, fregit ac dixit, Accipite, comedite, Hoc meū est corpus, quod pro vobis frangitur, Hoc facite in meam cōmemorationem.

Ad eundem modum & poculum perfecta cœna, dicens, Hoc poculum Nouum testamentum est in meo sanguine, Hoc facite in mei cōmemorationem.

Quocircūq̄ enim comederitis panem hunc, & de poculo biberitis, mortem Domini annunciabitis donec venerit.

CCXCVI.

Rogo te ne graueris audire, qua
renuo

DE SACRAMENTIS
tenuis ista intelligam, quæ de Sa-
cramentis iam admonuisti?

Respondeo

Gratum est.

CCXCVII

Videris mihi statuere, quod nihil
placeat deo in uniuersum, quan-
tumuis sanctum, quantumuis pi-
um appareat in speciem, quod
non iussit fieri Christus. Rursus,
Nihil esse tam abiectum atque uile
in speciem, quod non summe pla-
ceat deo, Si accesserit mandatum
& uerbum dei?

Recte intelligis.

CCXCVIII

Cupio mihi proferri testimonia
scripturæ?

Respon.

Matth. xv. Omnis plantatio quam non
plantauit Pater meus coelestis eradicabit.

M

Et

DE SACRAMENTIS

Et Christus damnat vniuersum cultum
Phariseorum quando ait, Frustra colunt
me, docentes doctrinas, quæ sunt præcep-
ta hominum.

Proinde obseruabis diligenter, Deum
non hominem iubere, vt prædicetur Euā-
gelium, Et vt sit Baptismus & Eucharistia
in Ecclesia.

CCXCIX

Quæ sunt partes Sacramentorū?
Respondeo

Duæ.

CCC

Quæ? Respondeo.
Verbum siue mandatum Dei.
Et signum visibile.

CCCI

Quo nomine appellat hoc sig-
num Augustinus?

Respondeo.

Augustinus vocat Elementum, Sic em̄
ait, Accedat verbum ad Elementum, & fit
Sacramentum, Tum enim est efficax ad sal-
lutem.

DE SACRAMENTIS
Itaq; uerbum & Elemētum coe
unt & fiunt una res?

Respondeo.

Virtute & efficacia fiunt vnum, Et cau
tio est ne distrahantur. Alioqui facile im
pingitur in maiestatem Dei, Constituentis
& ordinantis hæc in eum modum, vt sint
vnum.

CCC III

Hoc iacto fundamento, Video
mihi nunc pulchre perspicere,
etiam si nullus moneas, Baptismi
ipsius efficaciam, præterea etiam
Eucharistię.

CCCI III

Quomodo dic?

Respondeo.

Nempe quod aqua vnita cum verbo est
efficax ad salutem, Non ideo quod aqua
sit, Sed quod sit aqua cum verbo, Que
duo vnum facta regenerant hominem.

Ante

DE SACRAMENTIS
CCCV

Ante tempus sapis. Nā eo ibam
nisi tu per numinis uim procul
dubio admonitus me prauortis-
ses.

Præterea toto cœlo errare mihi videns
tur, qui aquæ in Baptismo, tam male ob-
loquuntur, quando dicunt, Aquam nihil
posse in animam, obliti & uerbi & uirtus
tis Dei.

Pulchre, Nam uere hic fit, quod est in
Græco prouerbio, *ἄντις δύο ἐσχομε-
νω*, Duobus simul euntibus, omnia sunt
faciliora & firmiora.

Huius alit rei, non leue argumentū tibi
videri debet, quod Christus ipse passus
est, se in Iordane baptisari, Statim enim
aperuit se cœlum, & uisus est spiritus san-
ctus descendere atq; manere in vertice Ie-
su, ut confirmaret deus Baptismum et
valde placere.

CCCVI

Cupio hic quoq; proferri scrip-
turę testimonia ut intelligam.
Quid

DE SACRAMENTIS
Quid uocet scriptura Baptismum
Respondeo.

Ad Titum. iij. At postq̄ bonitas & erga
homines amor apparuit Seruatoris nostr̄i
Dei, Non ex operibus que sunt iniusticia,
Que faciebamus nos, Sed secundum suam
misericordiam saluos nos fecit, per laua-
crum regenerationis & renouationis Spi-
ritus sancti, quem effudit in nos opulente,
per Iesum Christum seruatorem nostrum.

Hic audis Paulum dicere Copulatiue,
Per lauacrum regenerationis & renoua-
tionis Spiritus sancti, Tribuit autem aqua
& spiritui modum saluandi.

CCCVII
QVOT SVNT SA-
cramenta? Respō.

Quia Sacramenta sunt ritus & cultus
instituti a Deo ad principalem promissio-
nem de Remissione peccatorum conse-
quendam, facile est iudicare de Sacramen-
torum numero.

Sunt itaq̄ ut supra etiam dixi-
mus. M iij Euan.

DE SACRAMENTIS

- I Euangelium siue Absolutio.
- II Baptismus.
- III Eucharistia.

CCCVIII

Nunquid meministi te legere in
Ecclesiasticis Patrib. aliquid de Sa-
cramentorum numero?

Respondeo

Augustinus ait, Ad Iesum autem cum
venissent, ut viderunt eum iam mortuum
non fregerunt eius crura, Sed vnus Mili-
tum, lancea latus eius aperuit, Et continuo
exiuit sanguis & aqua, Quæ sunt matris
Ecclesię.

GEMINA SACRAMENTA.

Item in Symbolo, Et statim manauit
sanguis & aqua, Quæ sunt Ecclesię Gemi-
na Sacramenta.

DE BAP

DE BAPTISMO

CCCIX

Quid est Baptismus?

Respondeo.

Baptismus Autore Paulo Apostolo, Est
lauachrum regenerationis & renouationis
Spiritus sancti.

CCCX

Cur est institutus Baptismus?

Respondeo

Vt per eum regeneremur ad iusticiam
participes & consortes effecti vitę æternę.

CCCXI

Tamen scriptum est. Iustus ex
fide sua uicturus est, ergo non ex

Baptismo? Respondeo.

Recte dicis, Verum necesse est ut habeat
fides Verbum, factum aut Ordinatio-
nem Dei, cui adhereat, Hoc est Baptismus.
Iuxta illud, Qui crediderit & baptisatus
fuerit saluus erit.

CCCXII

Affer testimonium scripturę

Respondeo

DE BAPTISMO

In eum modum Responder Petrus, Act.
ij. Perterrefactis Israelitis per contionem
de morte Iesu, quem ipsi occiderunt, & quaerentibus, quid facere debeant, Poeniteat vos
facti huius & baptisetur vnusquisq; vestrum, In nomine Iesu Christi, in Remissionem peccatorum vestrorum & accipietis donum Spiritus sancti.

Hoc est, Credite me vera dicere, & confidite quod per Baptismum accepturi sitis Remissionem peccatorum & Spiritum sanctum.

CCCXIII

Nihil ne habes eiusmodi ex Paulolo? Respondeo.

In Galatis ait Paulus, Et est valde memorabile, Omnes filij Dei estis, eo quod credidistis Christo Iesu, Nam quicumq; baptisati estis Christum induistis, Nihil obscure significans, Baptismum afferre salutem & vitam.

CCCXIII

Quaeso te, Ne graueris obiter indicare, Quid sit induere Christum? Per Baptismum?

Respondeo Indu

DE BAPTISMO

Indumentū, duas affert res corporibus nostris summe necessarias, Principio vestit corpus & contegit si que sunt in corpore vicia quorum nos pudet.

Deinde ornat etiam virum honesta vestis, Et addit formam, dignitatem atq; auctoritatem quandam hominibus, Cum bene vestiti prodeunt in publicum, Es ist ein decke / vnd ein ehertleid. Notum est illud, ΕΙΜΑΤΑ ΑΝΗΣ, vestitus virum reddit, Kleider machen Leute.

Ita Baptismo efficitur vt non imputet Deus, quod reliquum est in carne peccatorum, propter Christum, Adeo ut non regner porro peccatum, Peccati enim regnum sublatum est per Baptismum. AB

Deinde plurimum dignitatis atq; auctoritatis accedit ad formam nostram vestiti Christo tanq̄ magnifico cultu.

CCCXV

Magna commoda Baptismi audio, Primum inchoata obedientia nostra

DE BAPTISMO

na nostra, etiam si sit imperfecta
placet Deo, propter Christum.
Deinde uestiti Christo, tui su-
mus aduersus omnia mala

Respondeo.

Rem tenes, Nam hoc affirmat Paulus
Romanos octauo, Si deus pro nobis, quis
contra nos, Qui proprio filio suo non pe-
percit, Sed pro nobis omnibus tradidit
illum, qui fieri potest, vt non cum eodem
omnia nobis donet.

Quis intentabit crimina, aduersus elec-
tos dei (Hoc est quis audebit affirmare in
baptisatis esse peccatum reliquum) Deus
est qui iustificat, Hoc est, Non imputat
peccatum, Non agnoscit crimen, Non per-
mittit accusatorib. actionem, *Er felle
vnsēr sächen zu/gibe vns recht/ Vnd
westehet niemand kein klage zu vns/
Hoc enim significat vocabulum Iustificandi, hoc loco.*

Quis ille, qui cōdemnet? Christus adest,
qui

DE BAPTISMO

qui mortuus est, Imo qui & resurrexit,
Qui etiam est ad dexteram Dei, qui & In-
tercedit pro nobis, Hoc est, Christus est ille
vestitus noster magnificus & splendidus,
quo nos probamus primum Deo, Deinde
hominib. Tertio loco portis inferorum.

CCCXVI

Sunt ne alię præterea causę, cui
institutus sit Baptismus?

Respondeo

Nulla præter hanc, Quæ est causa finalis,
Comprehendens naturam, substantiam
am vim atq; energiam Baptismi, Verum
si quę sunt additę præterea causę, Indi-
cant verius, quid Baptismo significetur, q̄
quod exponant Baptismi vim atq; na-
turam.

CCCXVII.

Quę sunt igitur?

Respondeo

N ij

Primum

DE BAPTISMO.

Primum significat, Quod moriendū sit nobis cum Christo, Deinde vt nos dignos & gratos erga Deum pro tot beneficijs geramus.

CCCXVIII

Recita.

Roma. vi. An ignoratis, Quod quicumq; baptisati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptisati sumus, Sepulti igitur sumus vna cum illo per baptismum in mortem, vt quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam Patris, Ita & nos in nouitate vitę ambulemus.

Nam si insititiū facti sumus illi per similitudinem mortis eius, Nimirum & resurrectionis participes erimus, Illud scientes Quod vetus ille noster homo cum illo crucifixus est, vt aboleretur corpus peccati, vt posthac non seruamus peccato, Ita & vos existimate vos ipsos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo, per Iesum Christum dominum nostrum.

CCCXIX

Nondum intelligo. Dic clarius.

Quid

DE BAPTISMO

- I Quid est uiuere in Nouitate uite?
- II Quid est uiuere Deo per Christum Iesum?
- III Quid est posthac non seruiendum esse peccato?

Respondeo.

Nosti illud, Pro beneficio requiritur officium. Item, Benefitium accepit, qui grato dedit. Item, Quæ nocent docent, Et ut Germani loquuntur, Ein gebrands Kind/ furcht des feners Mit schaden wird man flug.

Ira cautio est, Ne bene vestiti, ne liberati a peccato, a Tyrannide Legis, denique a tot malis, In peiorem vitam, in peiores sordes tanquam sus reuertamur, aut tanquam canis, ad vomitum relabamur.

Custodienda & religiose colenda est Sparta illa, quam nacti sumus Benefitio Dei, Meretur enim gratia Dei, ut accurate
N ij caueamus,

DE BAPTISMO.

caueamus, ne a nobis aliquo modo offensa
datur Deus, id quod fit cum beneficiorum
suorum obliti, sequimur vnusquisq; suas
cupiditates.

CCCXX

Recitas

Respondeo.

Roma. vi. Ne regnet igitur peccatum in
mortali vestro corpore, vt obediatis illi
per cupiditates eius, Necq; accomoderis
membra vestra arma iniusticiae peccato,
Sed accomoderis vosmetipsos Deo, velut
ex mortuis viuentes, & membra vestra
arma iusticiae Deo.

CCCXXI.

Luctam & pugnam audio hic
describis

Respondeo

Probissime, Nam Hæc est pugna carnis
cum spiritu, quam Scriptura vocat, More
tificationem carnis, Et hæc certamina sunt
vera Pœnitentia, quæ durat per omnem
vitam.

Quis

DE BAPTISMO
CCCXXII.

Quis est exitus huius pugne &
vnde est speranda victoria?

Respondeo.

Exitus huius pugne est foelicissimus,
Nempe vt cum Christo regnemus, Vi-
ctoria etiam est certissima, modo memores
simus beneficiorum, que contulit nobis
Deus in Baptismo.

CCCXXIII

Recita.

Roma. viij. Nulla igitur damnatio est
qui sunt in Christo Iesu, Qui non secundum
carnem ambulant, sed secundum spiritum,
spiritum, id est, Qui carni non consentiunt,
sed malunt vocantem se spiritum sequi,
etiam si caro diuersum cupiat.

Item, Quis ergo separabit nos a charis-
sate Dei? Tribulatio an angustia, an fames,
an nuditas, an periculum, an persecutio,
an gladius? Sicut scriptum est, Quia pro-
pter te mortificamur tota die, aestimati sum-
us sicut oves occisionis, Sed in his omni-
bus superamus per eum qui dilexit nos.

N iij

Roma.

DE BAPTISMO

Romanos V.

- I Iustificati igitur ex fide.
- II Pacem habemus ad Deum.
- III Per Dominum nostrum Iesum Christum.
- IIII Per quem habemus accessum per fidem.
- V In gratiam istam.
- VI In qua stamus.
- VII Et gloriamur.
- VIII In spe gloriæ filiorum Dei.
- IX Non solū autem hoc, Sed & gloriatur in tribulationib.
- X Scientes quod tribulatio patientiam operatur.
- XI Patientia autem probationem.
- XII Probatio vero spem.
- XIII Spes autem non confundit.
- XIIII Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

C CCXXIIII

Qui sunt igitur affectus carnis?

Respondeo

Nomenclaturam affectuum carnis, Ecce tibi

DE BAPTISMO

tibi Paulus facit ad Galatas quinto.

Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc, adulterium, scortatio, immunditia, lasciuia, Simulacrorum cultus, veneficium, inimicitie, lis, æmulationes, iræ, concertationes, seditiones, secte, inuidie, cedes, ebrietates, commestationes & his similia, de quibus prædico uobis quemadmodum & prædixi, quod qui talia agunt, Regni Dei hæredes non erunt.

CCCXXV

Qui deinde sunt fructus spiritus quos studiosè colere & sectari debemus, iam liberi facti.

Respondeo.

Eisdem Paulus depinxit in eodem loco

CCCXXVI

Recita.

Econtra, Fructus spiritus est, Charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia, aduersus huiusmodi non est Lex

N v

Gratia

DE BAPTISMO

CCCXXVII

Gratia Deo, qui effecit, ut hæc
audirem atq; cognoscerem. Nam
ex iis facile est cernere, Quid quæ
q; deceat, Quid unusquisq; sequi
debeat per omnem uitam?

CCCXXVIII

Vt quid igitur flagellant quidam
Euangelium horum temporum,
quasi uetet bona opera?

Respondeo

Turpissime mentiuntur, qui sic sentiunt,
Nam hoc opus, Hic labor est, vincere na-
turam, quæ ad opera carnis uehementiss.
inclinat.

CCCXXIX

Recense nunc, id quod te oro,
quid præterea significet baptis-
mus? Nam quæ dixisti sunt adeo
multa

DE BAPTISMO
multa ut uix respirare semel liceat
homini meditati illa, Neq; fui-
sem ausus unquã de Baptismo,
tanta, tam multa, tamq; magni-
fica mihi pollicei!

Respondeo

Baptismus significat, & indicat, quæ eas
uere, quæ sequi debeamus per omnem via-
tam, de quib; iam admonuimus.

Deinde signat etiam, Quis debeat esse
usus bonorũ atq; donorũ, quæ effundit &
exerit spiritus sanctus in Ecclesia inter cre-
dentes.

CCCXXX.

Quomodo dic?

Respondeo

Ecclesia opus habet Prophetis, Pastorib;
Sunt in Ecclesia qui habent donum Sæ-
pientiæ, Sermonem scientiæ, Alij habent fi-
dem, Alij donum sanationum, Alij efficas-
cias potentiarum, Alij discretionem Spiritus
tuum, Alij genera liguarum, Alij interpreta-
tionem liguarum, Quia

DE BAPTISMO

Quia vero vnicuique datur manifestatio spiritus ad id quod expedit, Et unus idemque spiritus, efficit hæc, diuidens vnicuique peculiariter sicuti vult.

Signum est, Spiritum sanctum uelle, ut omnia cedant ad commodum & ædificationem Ecclesie, quæ sine his subsistere non potest impetita tot calumnijs & insidijs Sathanæ.

CCCXXXI

Recita.

i. Corinth. xij. Etenim per vnum spiritum nos omnes in vnum corpus baptisati sumus siue Iudæi, siue Græci, siue Serui, siue liberi, Et omnes in vno spiritu potati sumus, Hoc est, Donis, Si quæ habemus, sic iubet vti, ut sequamur spiritus voluntatem, qui in hoc in vnum corpus sumus baptisati, Eo ipso professi & confidentes ut in commune, ut ad Ecclesie exædificationem, quæ a Deo accepimus dona conferre debeamus, Et ut tradamus mutuas operas inuicem alijs alijs.

Alioqui enim si Baptismi & insitio
nis


nis in Ecclesiam immemores fuerimus,
Tum etiam donis quæ vnus idemq; ope-
ratur spiritus abutentes, Periculum est, ne
tanq; membra putida, a reliquo corpore
refecemur, atq; conñciamur cum donis in
gehennæ ignis incendium, Proinde vnio-
nis & concordie Ecclesiasticæ Symbolum
est Baptismus.

Impressum Berlini per Ioannem
VVeiss Anno M.
D. XLI.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Inquisitione Beati per Johannem
V. Vol. Anno M.
D. XII.







Fd 7066

X 2210397





3

R M V
INTERROGATIONES
Iohannis Agri
CCXXI Ger
cripte, Nunc latine
so Autore, recog
itq; aucte.

QUORVM III.
portare iugum domi
adolescentia.

per Ioannem VVeifs
M. D. XLI.